

- Digitalisierte Fassung im Format PDF -

# Florae Berolinensis prodromus

---

Karl Ludwig Willdenow

Die Digitalisierung dieses Werkes erfolgte im Rahmen des Projektes BioLib ([www.BioLib.de](http://www.BioLib.de)).

Die Bilddateien wurden im Rahmen des Projektes Virtuelle Fachbibliothek Biologie ([ViFaBio](http://ViFaBio)) durch die [Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg \(Frankfurt am Main\)](http://Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg (Frankfurt am Main)) in das Format PDF überführt, archiviert und zugänglich gemacht.

CAROLI LUDOVICI WILLDENOW

*Societ. Natur. Curios. Halens. sodal.*

FLORAE BEROLINENSIS  
PRODROMUS

secundum

SYSTEMA LINNEANUM

AB

ILLUSTR. VIRO ac Eq. C. P. THUNBERGIO

emendatum conscriptus.

---

*cum Tabulis VII. aeri incis.*

---

BEROLINI

IMPENSIS WILHELMI VIEWEGII

W.  
KLOPSTOCK.

*Schoen ist, Mutter Natur, deiner Erfindung Pracht  
Auf die Fluren verstreut, schoener ein froh Gesicht,  
Das den grossen Gedanken  
Deiner Schoepfung noch einmal denkt.*



PATRI PATRIAE

*FRIDERICO WILHELMO II.*

*Borussorum Regi, Marchioni Brandenburgico,*

*S. Rom. Imper. Archicamerario & Principi*

*Electori, Supremo Silesiae Duci,*

*Supremo Principi Arans-*

*onensi Neocomi*

*cet. cet.*

DOMINO SUO

LONGE CLEMENTISSIMO

HASCE PRIMITIAS LABORUM

SUORUM

MUSEO HISTORICO NATURALI

submitte offert

1850

1850

TANTI REGIS

1850

1850

devotissimus cultor

C. L. WILLDENOW.

---

---

LECTURIS.

S.

Offero TIBI B. L. *Tentamen Florae Berolinensis*, quo plantas a me visas, & Amicis benigne communicatas recensui. Haud expectes velim omnium *Florae nostrae* civium enumerationem; quum neque regio circum *Berolinum* ex toto investigata est, neque *Flora* harum regionum scripta existit. Minime me fugit, *Celeberrimos Viros* in describendis plantis *Berolinensibus* desudasse, & libros hoc consilio scriptos existere; sed *Eorum* libri, exceptis novissimis, pro nostris temporibus, vix magni momenti sunt. Omnes indicabo nunc libros ad *Floram nostram* respicientes, ut eo magis supra dicta pateant.

Omniū antiquissimū mihi notus est: *Celeber. Joan. Sigism. ELSHOLT M. D. & horti botanici olim Praefectus Berolini*, qui in libro suo \*) ordine alphabetico, plantas spontaneas, ac hortenses, cum nominibus BAUHINI aliorumque Auctorum, absque tamen loco natali indicavit. Observationes nullas neque medicas neque botanicas addidit, nec etiam breviores descriptiones vel nova ab aliis nondum descripta vegetabilia.

Alter equidem *Celeber. Vir Michel Matthias LUDOLFF M. D. Bot. ac Mat. Med. Profess. ord. olim Berolini in usum auditorum Suorum libellum \*\*)* secundum al-

pha-

\*) *Joan. Sigism. Elsholtii Flora Marchica, sive Catalogus Plantarum, quae in hortis Electoralibus Marchiae Brandenburgicae, primariis Berolinensi, Aurangiburgico & Potstamensi excoluntur: partim sua sponte passim proveniunt. Berol. 1663. 8vo. min.*

\*\*) *Michaelis Matthiae Ludolff Catalogus Plantarum &c.*

phabethum conscripsit, quo plantas horti botanici, aequaeac vulgatissimas & officinales cum nominibus TOURNEFORTII, LINNEANISQUE descriptionibus absque tamen locis natalibus indicavit. Adjecta est *Tabula Systematis TOURNEFORTIANI* cum generibus.

Prae aliis excellit multis scriptis *Celeberrimi pie colendi Praeceptoris Joan Gottlieb GLEDITSCHII* liber de *Fungis*, \*\*\*) ubi omnes tunc notas fungorum species breviter, cum descriptionibus propriis concinnis, observationibus, locisque natalibus, speciatim indicatis, exposuit. Libellus sui generis praestantissimus, quod post secula adhuc tam utilis erit, quam suo tempore fuit.

\*\*\*) D. Joan Gottlieb Gleditsch Lips. Methodus Fun-



Minus nostro scopo adaequatum videtur, liber \*\*\*\*) *Pharmacopei olim aulici C. F. ARNSTORFF* qui in illo plantas officinales sua sponte provenientes pro Tyronibus Pharmaceuticae artis recensuit, loca natalia, *nominaque LINNEANA* brevissime indicavit.

Denique liber novissime ab *Amico conjunctissimo Frid. Wilhelmo Ant. LÜDERS M. D. & Practico apud Havelbergenses felicissimo \*\*\*\*\*)* huc pertinet. In illo plantas *Marchicae Brandenburgicae Electoralis* secundum systema *Praeceptoris* nostri *b. m. J. G. GLEDITSCHII* enumeravit. Sed dolendum est, nomina tantum, nec observationes,

\*\*\*\*) *Comparatio Nominum Plantarum officinalium cum nominibus botanicis Linnei & Tournefortii. Berolini 1762. 8vo maj. (etiam cum Titulo vernaculo.)*

\*\*\*\*\*) *Frid. Wilhelm Ant. Lüders M. D. & Pract. Havelberg. Nomenclator botanicus stirpium Marchiae Brandenburgicae, secundum systema Gledischianum a staminum situ digestus. Berolini 1786. 8vo maj.*

nes, nec loca natalia eum indicasse. Opto & mecum forsan omnes *Florae Marchicae* cultores, eum integrum editurum libellum.

Haec sunt mihi nota scripta, quae ut jam dixi, ad Floram nostram pertinent, & unde facile L. B. animadvertes, *Floram* agri *Berolinensis* adhuc eo usque desideratam fuisse; periculum itaque feci in edenda *Flora*. Tenuitatem virium ad hunc laborem minus aptam satis sentio, sed *Amicis* suavis hancce suscepi libellum. Indulgas itaque LECTOR AMICE si opinioni hoc de opusculo TIBI facta, haud respondeam. Mihi sufficiens erit, si modo quid ad augmentum scientiae feci.

Systema quod elegi est *Systema LINNEANUM* ab *Illustr. Equite & Professore* C. P. THUNBERGIO emendatum, quo usus est, quum *Floram Suam Japonicam* ederet. Perinde semper erit quodnam *Systema* eligi-

mus, nam *Systema* est: *filum Ariadneum*,  
*cujus ope Labyrinthum facile exire possu-*  
*mus, quo demto semper Chaos erit.* Quod  
de *Systemate Naturae* nonnulli somniant,  
semper pium manebit desiderium. Si vel  
omnia terrae nostrae vegetabilia detecta ef-  
sent, tamen impossibile erit *Systema Na-*  
*turae* investigare. *Alma enim Natura*, in  
se spectata, non est *systematica*, non *Ge-*  
*nera* habet, neque *catenam rerum* agnoscit.  
Singula *Creata* nexu quasi retiformi, ut ita  
dicam cohaerent, & Nos singula in lineam  
rectam disponere solemus, qua methodo  
haud utitur *Natura*. Non ignoro *Systema*  
LINNEANUM emendatum adhuc imper-  
fectum esse, sed ubi quaeso reperitur *Syste-*  
*ma* omni numero absolutum? *Systema b.*  
*m. J. G. GLEDITSCHII, Praeceptoris mei,*  
LINNEANO praefendum esse in quibus-

dam agnosco; sed etiam ut LINNEANUM *Systema* sigillum humanitatis prae se fert. Lubenter istud secutus essem, nisi *Ordines* nimis prolixi, & frequentes ob minorem *Classium* numerum essent, & *Tyrone* legenti, cui bono praecipue hunc librum scripsi, facile fastidium crearet. Quodsi *Systema* LINNEI suis cum viginti quatuor *Classibus* elegissem, tres ultimae *Classes*, ejusdem difficultatis causam praebuissent. Ingenue quidem fateor, dari plantas constanter diclinas, quarum sexus nunquam mutatur, e. g. *Quercus*, *Corylus* cet, numerus vero earum tam magnus non est, ut propriam mereantur *Classem*, quum faciliori modo, secundum staminum numerum aliis in *Classibus*prehenduntur. Plura de quatuor ultimarum *Classium* inconstantia *Amicus venerabilis* noster, supra jam nominatus *Illustr. C. P.*

THUNBERG in *Flora sua Japonica* adduxit.

In dispositione *Graminum Recentiores Botanicos* secutus sum, & nonnulla genera eo reduxi, ubi locum eorum proprium occupant. Sic *Melicae* genus sub *Airam* posui, ob rudimentum tertii floris rarissime duntaxat observatum; quum etiam nonnullae, & fere omnes *Airae* species, si loco nimis pingui crescunt, tale rudimentum, interdum etiam integrum florem producunt.

*Umbelliferarum* familiam exceptis nonnullis mutationibus necessariis, cum *Illustr. LINNEO* enumeravi. Novissimae mutationes non tam constantes sunt, ut illas sequi potuissem. Optandum foret, ut observationes certiores de genera eorum instituerentur. Reliquis in *Classibus* interdum

quaedam mutavi, ubi necessitas id requirebat, quin tamen difficilis redderetur, methodus electa.

*Cryptogamiam* praecipue quoad *Muscos*, secundum *Celeberrimi* ac *Amicissimi* D. HEDWIGII detecta disposui. *Filices* vero ad LINNEI systema enumeravi. In *Algis & Fungis*, Recentiorum Botanicorum dispositionem secutus sum. *Lichenum* genus in plura divisi, quum sane non omnes quos LINNEUS *Lichenes* dixit, hujus generis sint; dispositionem *Celeber. WIGGERSII* servavi, licet nonnulla mutaverim, quia *Ille* interdum ob formam externam *Lichenes* novo sub genere complectitur. E Fructu illorum genera disposui, quia optime, ut puto ex illo distinguitur. In fungis GLEDITSCHIIUM & alios secutus sum, servatis vero nominibus LINNEANIS. Lubenter *Cele-*

*ber.* BATSCHIIUM optimum fungorum scrutatorem elegissem, nisi saepius nomina, jam ab aliis fungis data, deficiente ratione mutasset, & *Synonima* tam pauca adduxisset.

*Nomina* ab *Illust.* LINNEO vegetabilibus tributa in tantum servavi, in quantum confusio non metuenda. e. g. *Spergulae pentandrae* nomen mutavi, & istam plantulam *Spergulam vernalem* nuncupavi, ob defectum quinque staminum. Ubi vero LINNEO plantae descriptae deficiebant, nomen antiquissimum assumsi. Novis vero plantis secundum regulas *Philosophiae botanicae* nomina dedi.

Semel necessarium duxi novum nomen pro fructificationis parte conficere, est istud: *Indusium*, quo nomine integumentum, quod totum florem, & postea fructum, tanquam

sacculo in *Filicibus* v. g. in *Equiseto*, *Poly-  
podio* cet. includit, intelligo.

*Synonima* pauca tantum, & quidem ad  
plantarum determinationem necessaria citavi.  
Frequentiora in *Cryptogamia*, ob difficilius  
hujus Classis studium invenies. Praecipue  
libros anglicos indicavi, quos ex ditissima  
Sua bibliotheca benigne mihi communicave-  
rat *Celeber. Profess. J. R. FORSTER.*

In tabulis aeneis plantas partim novas,  
partim haud satis determinatas pingi curavi.  
Cetera opus docebit.

Denique omnibus Florae nostrae amicis,  
qui observationes suas mecum communica-  
runt, gratias maximas publice solvo. Inter  
omnes SPRENGELIO *Rectori Scholae Span-  
daviae* sagacissimo vegetabilium scrutatori, in-  
signem numerum plantarum in regionibus  
Spandaviensibus sponte nascentium, debeo.



HERMES *Juvenum Nobilium Clementiff.*  
REGINAE VIDUAE *Educator*, quem diu  
tanquam amicum sincerrimum, conjunctis-  
simumque veneror, mihi acutissimas obser-  
vationes benigne communicavit. KOCH  
*fratrum Bohemiae olim Chirurgus*, nunc  
*Practicus Gnadaviae* nonnulla loca planta-  
rum specialia mihi suppeditavit.

Tu Benigne Censor, si forsan uno alte-  
rove me errasse invenies, memor sis rogo  
versiculi *Horatiani*.

Vive, Vale, si quid novisti rectius istis,  
Candidus imperti, si non his utere mecum.

---

---

CLASSIS I.  
MONANDRIA  
MONOGYNIA.

HIPPURIS *Lin. gen. 11.*

*Calyx* superus minimus. *Corolla* O. *Stamen*  
stigmatate infertum. *Semen*. I.

1. HIPPURIS *vulgaris* foliis octonis subulatis *Lin.*  
*suppl.* p. 81.

In aquis stagnantibus bey den Zeltern; prope  
*Charlottenburg*, *Spandau auf der Freiheit*  
passim. Majo.

Planta gynandra. *Calyx* vix absque lente vi-  
sibilis.

CHARA *Lin. gen. 1127.*

♂ — ♀. ♂. *Calyx* & *Corolla*. O. *Anthera* sphaeri-  
ca. *Fil.* O.

♀ *Calyx* 3. 4 phyllus *Cor.* O. *Stigm.* 5 fidum  
*Capsula* polysperma.

2. CHARA *vulgaris* caulibus lævibus, foliis interne  
dentatis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 90.* *Hedwig*  
*Theoria pl. crypt. 125. tab. 32. 33.*

In fossis inter *Strahlow* & *Rummelsburg* inque  
*Grünwald* copiose. Junio Julio



## DIGYNIA.

CALLITRICHE *Liu. gen. 13.*

♂—♀. *Calyx* 0. *Petala* 2. *Capsula* bilocularis.

3. *CALLITRICHE verna*; foliis apice integris.

*Callitriche verna* foliis superioribus ovalibus, floribus androgynis. *Lin. syst. ed. R. I. p. 10.*

β. Foliis omnibus lanceolato-ovatis.

In fossis aquisque stagnantibus copiosissime. Varietas β. *in den Papenberggen in via inferiore* frequens & alibi rarius. Vere, interdum autumno.

4. *CALLITRICHE autumnalis* foliis apice bifidis.

*Callitriche autumnalis* foliis omnibus linearibus, apice bifidis, floribus hermaphroditis *Lin. syst. ed. R. I. p. 11.*

β. Foliis superioribus ovalibus, inferioribus linearibus, omnibus apice bifidis.

Im *Grunewald* præcipue *in der Hundskæhle* rarius. β. rarissima. Julio. Augusto.

Foliorum apex tantum has species distinguit, quum figura valde variabilis est. Sexus vix etiam ad has distinguendas sufficit, ob flores sæpe monoicos.

## CLASSIS II.

D I A N D R I A  
M O N O G Y N I A.

## a. Flores apetalis.

LEMNA Lin. gen. 1130.

♂—♀. Cal I. phyllus. Cor. O. Capsula I locularis polysperma.

5. LEMNA *trifulca*; foliis lanceolatis petiolatis  
Lin. syst. ed. R. 4. p. 92.In aquis quietis *im Thiergarten, Grunewald,*  
prope *Spandau* & alibi frequens. Junio.6. LEMNA *minor*; foliis sessilibus utrinque planiusculis, radicibus solitariis Lin. syst. ed  
R. 4. p. 92.In aquis stagnantibus inter sequentem passim.  
Julio.7. LEMNA *gibba*; foliis sessilibus subtus hemisphæricis, radicibus solitariis Lin. syst. ed. R.  
4. p. 93.In fossis, lacubus, aquisque quietis, copiose.  
Junio. Julio.8. LEMNA *polyrhiza*; foliis sessilibus radicibus confertis Lyn syst. ed R. 4. p. 93.Iisdem locis, & prope *Spandau* rarius. Julio.

CLASSIS II.

SALIX. *Lin. gen.* 1201.

♂—♀. ♂. *Amentum imbricatum. Cal. squamæ 1  
floræ Cor. O. Nectar glandula baseos.*

♀. *Ament. Cal. & Corolla maris Styl. 2 fidus  
Capsula 2 valvis 1 locularis Semina papposa.*

\* *Foliis glabris ferratis.*

9. SALIX *triandra*; foliis oblongo-lanceolatis, ferratis glabris, floribus triandris.

*Salix triandra* foliis ferratis glabris, floribus triandris *Lin syst. ed. R. 4. p. 223.*

Im *Thiergarten* & prope *Spandau an der Chaussee* rarius. Majo.

Fruticem femineum nondum vidi.

10. SALIX *pentandra*; foliis ovatis, acutis, ferratis, glabris, floribus pentandris.

*Salix pentandra* foliis ferratis, glabris, floribus pentandris. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 223.*

*Salix laurea polyandra* Gled. vid. *Lüders Nomenclator. fl. march. p. 4.*

Im *Thiergarten* & versus *Falckenhagen* passim. Majo.

*Nffic. Cortex Salicis laureæ.*

11. SALIX *vitellina* foliis ferratis, ovatis, glabris: ferraturis cartilagineis, petiolis calloso punctatis *Lin syst. ed R. 4. p. 224.*

Inter *Pancko & Gesundbrunnen*, im *Thiergarten* alibique passim Aprili.

12 SALIX *amygdalina* foliis ferratis, glabris, lanceolatis, petiolatis, stipulis trapeziformibus. *Lin. syst. ed R. 4. p. 224.*

Im *Thiergarten*, & alibi rarius. Aprili.

Marem nondum legi. Numme femina *Salicis triandræ*?

13. *SALIX fragilis* foliis ferratis, glabris, ovato-lanceolatis, petiolis dentato-glandulosis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 125.*

Prope *Pancko*, *Schænhausen*, *Unterbaum* & alibi frequens. Aprili.

*Offic.* Cortex *Salicis fragilis*.

14. *SALIX Helix* foliis lineari-lanceolatis ferratis, glabris, armentis tamentosis: floribus monandris.

*Salix Helix* foliis ferratis, glabris, lanceolato-linearibus: superioribus oppositis obliquis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 226.*

Mas ad fossas versus *Pancko* & *Schænhausen* olim frequens, nunc rarius. *Fæmina* ad *Spandau an der Chauffee* passim. Aprili.

\* \* *Foliis integerrimis villosis.*

15. *SALIX aurita* foliis integerrimis utrinque villosis, obovatis, appendiculatis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 230.*

Locis humidis im *Thiergarten*, *Jungfernheyde* & prope *Spandau* frequens. Aprili.

16. *SALIX arenaria* foliis integris, ovatis, acutis, superne subvillosis, subtus tomentosiss. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 231.*

In pratis humidis, arenosis, inter *Pancko*, & *Gesundbrunnen*; prope *Schænhausen*, *Spandau*, & alibi frequens. Aprili.

Autumno præcipue Augusto, Septembri iterum flores profert.

17. *SALIX incubacia* foliis integerrimis lanceolatis, subtus villosis nitidis, stipulis ovatis, acutis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 231.*

Ante portam Halensem passim. Aprili.

18. *SALIX rosmarinifolia* foliis integerrimis, lanceolato linearibus, strictis sessilibus subtus tomentosus *Lin. syst. ed. R. 4. p. 232.*

Ad latera fossarum in der Jungfernheyde, & prope Spandau passim. In turfosis des Grunewaldes frequens. Aprili.

\*\*\* *Foliis subserratis villosis.*

19. *SALIX Caprea* foliis, ovatis, rugosis: subtus tomentosus, undatis, superne denticulatis *Lin. syst. ed. R. 4. p. 232.*

In nemorosis humidis copiose. Aprili.

20. *SALIX viminalis* foliis subintegerrimis, lanceolato linearibus, longissimis, acutis, subtus sericeis, ramis virgatis *Lin. syst. ed. R. 4. p. 233.*

Ad ripas fluminum & humidis locis infrequens. Plantata frequens in Thiergarten & prope Spandau. Aprili. Majo.

21. *SALIX alba* foliis lanceolatis, acuminatis, ferratis, utrinque pubescentibus: ferraturis infimis glandulosis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 234.*

In viis publicis copiose. Aprili.

*Offic. Cortex Salicis albæ. (Folia.)*

FRAXINUS *Lin. gen.* 1273.

♂—♀. *Calyx & Corolla O. Sem. I. lanceolatum, alatum.*

22. FRAXINUS *excelsior* foliolis ferratis, floribus apetalis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 356.*

In via versus *Schoenwald* prope a ponte passim, & im *Thiergarten* frequens. Aprili.

Arber dioica. Nunquam flores hermaphroditos vidi.

*Offic.* Cortex Fraxini (*Lignum. Folia Semina* sub nomine *Lingua avis.*)

*b. Flores petaloidei, rotati.*

LIGUSTRUM *Lin. gen.* 18.

*Cor. 4 fida. Bacca 4 sperma.*

23. LIGUSTRUM *vulgare* foliis ovatis obtusis; panicula simpliciter trichotoma. *Thunb. fl. jap. 17.*

*Ligustrum vulgare. Lin. syst. ed. R. 1. p. 18.*

Im *Thiergarten* passim. Junio.

*Offic.* (*Folia & Flores Ligustri.*)

SYRINGA *Lin. gen.* 22.

*Corolla 4 fida. Capsula 2 locularis.*

24. SYRINGA *vulgaris* foliis ovato cordatis. *Lin. syst. ed. R. 1. p. 20.*

β. Lilac flore albo *Tournef. inst. 601.*

In dumetis & sepibus frequens. Majo.

CIRCAEA *Lin. gen.* 25.

*Cal. 2. phyllus superus. Cor. 2 petala Capsula bilocularis, bivalvis, dispersa.*



25. *CIRCAEA Lutetiana* foliis cordato-ovatis, subferratis, pubescentibus.

*Circaea lutetiana* caule erecto, racemis pluribus, foliis ovatis. *Lin. syst. ed. R. I. p. 23.*

Locis umbrosis *im Thiergarten* ad viam versus *Charlottenburg* passim. Julio. Augusto.

*VERONICA* *Lin. gen. 26.*

*Corolla* limbo quadripartito: lacinia infima angustiore. *Capsula* bilocularis, obcordata.

\* *Spicatae.*

26. *VERONICA maritima* spicis terminalibus, foliis oblongo-lanceolatis, inaequaliter ferratis.

*Veronica maritima* spicis terminalibus, foliis ternatis, inaequaliter ferratis. *Lin. syst. ed. R. p. 24.*

Prope *Spandau auf dem Werder*, & *hinter dem Gewehrplan*, ad ripas *der Spree* prope *Strahlow* passim. Julio. Augusto.

Variat foliis ternis, quaternis, & simpliciter oppositis. Foliis inaequaliter ferratis, hanc *Veronicae* speciem a *Veronica spuria* distinguit *Linneus*. Interdum vero folia aequaliter serrata, & in *V. spuria* semper incisurae foliorum inaequales sunt. Differt itaque *V. spuria* a nostra, foliis lineari-lanceolatis, inaequaliter incisif, vel si mavis, foliis interrupte pinnatifidis.

27. *VERONICA spicata* spicis terminalibus, foliis oppositis, crenatis, obtusis, caule adscendente simplicissimo. *Lin. syst. ed. R. I. p. 25.*

In ericetis *der Jungfernheide*, *des Grunewalds*, *der Papenberge* &c. frequens. Julio. Augusto.

Nonnunquam caulis vix digitalis, & folia pubescentia sunt.

28. *VERONICA officinalis* spicis lateralibus, foliis oppositis, caule procumbente *Lin. Syst. ed. R. I. p. 26.*

Locis nemorosis frequens Junio. Julio.

*Offic.* Herba Veronicae.

\*\* *Corymboso-racemosae.*

29. *VERONICA serpillifolia* racemo terminali subspicato, foliis ovatis, glabris, crenatis *Lin. Syst. ed. R. I. p. 29.*

In pratis humidis passim, v. g. prope *Schoenberg, Reineckendorf* &c. Majo.

30. *VERONICA Beccabunga* racemis lateralibus, foliis ovatis, planis, caule repente. *Lin. Syst. ed. R. I. p. 30.*

In fossis inter *portam Halensem & Lipsiensem*, in rivulis *beym Gesurdbrunnen*, & ad scaturigines *in der Jungfernheide* frequens. Junio. Julio.

*Offic.* Herba Beccabungae recens.

31. *VERONICA Anagallis* racemis lateralibus, foliis lanceolatis serratis, caule erecto. *Lin. Syst. ed. R. I. p. 30.*

β. racemo unico, foliis lanceolatis, crenatis.

In fossis, ante *portam Halensem im Aufstall*, *in der Jungfernheide* aliisque locis frequens.

α. in turfosis inundatis *in der Jungfernheide.* Junio.

In varietate β. caulis vix digitalis, glaber, superne parum pilosus: folia lineari lanceolata ob-

folete crenata racemus unicus, quadri florus.  
Corolla albida, apicibus rubicundis.

32. VERONICA *scutellata* racemis lateralibus alternis, pedicellis pendulis, foliis linearibus integerrimis. *Lin. syst. ed. R. I. p. 30.*

In fossis ad *Reineckendorf, Spandau*, alibique frequens. *Hinterm Gesundbrunnen* copiose. Julio.

33. VERONICA *Teucrium* racemis lateralibus longissimis, foliis ovatis rugosis, dentatis, obtusiusculis, caulibus procumbentibus *Lin. syst. ed. R. I. p. 31.*

In coemeteriis ad *Pancko, Lüxow* similibusve locis frequens. Junio,

Variat caule adscendente, & procumbente.

*Offic. (Herba Veronicæ Teucrii folio.)*

34. VERONICA *prostrata* racemis lateralibus, foliis oblongo-ovatis serratis, caulibus prostratis *Lin. syst. ed. R. I. p. 32.*

In nemorosis frequens, praecipue in *der Jungfernheide & Thiergarten*. Majo. Junio.

Petala acuta.

35. VERONICA *Chamaedrys* racemis lateralibus, foliis ovato-fessilibus rugosis dentatis, caule bifariam piloso. *Lin. syst. ed. R. I. p. 33.*

Iisdem locis copiose. Majo. Junio.

Petala subrotunda.

\*\*\* *Pedunculis unifloris.*

36. VERONICA *agrestis* floribus solitariis; foliis cordatis, plerisque sessilibus, incisissimis, pedunculo brevioribus. *Lin. syst. ed. R. I. p. 34.*

In agris, locisque cultis passim. Aprili.

37. *VERONICA arvensis* floribus solitariis; foliis cordatis, petiolatis, incis, pedunculo longioribus. *Lin. syst. ed. R. I. p. 36.*

Iisdem locis rarius. Aprili.

38. *VERONICA heredifolia* floribus solitariis; foliis cordatis planis, quinquelobis *Lin. syst. ed. R. I. p. 36.*

In agris, arvis, hortis, locisque cultis copiose. Aprili. Interdum autumnno.

39. *VERONICA triphyllos* floribus solitariis; foliis digitato partitis, pedunculis calyce longioribus *Lin. syst. ed. R. I. p. 37.*

In agris, versuris, inque hortis vulgaris. Aprili.

40. *VERONICA verna* floribus solitariis; foliis digitato partitis, pedunculis calyce brevioribus *Lin. syst. ed. R. I. p. 37.*

In collibus ficcis, agris, & arvis arenosis. e. g. prope *Charlottenburg*, *Spandau*, & ante portam *oranienburgicam* haud infrequens. Aprili.

41. *VERONICA acinifolia* floribus pedunculatis solitariis, foliis ovatis glabris crenatis, caule erecto subpiloso *Lin. syst. ed. R. I. p. 38.*

In agris prope *Spandau* ante portam *Charlottenburgicam* ibidem passim. Aprili, Majo.

c. Flores, nectario calcarato.

ORCHIS. *Lin. gen. 1094.*

\* *Bulbis indivisis.*

42. ORCHIS *bifolia* bulbis indivisis, nectarii labio lanceolato integerrimo: cornu longissimo, petalis patentibus *Lin. syst. ed. R. 4. p. 5.*

In nemoribus umbrosis humidis; *in den Papeubergen* passim. In pratis humidis apricis ad *Rummelsburg* infrequens. Majo. Junio.

*Offic. (Radix Satyrii.)*

43. ORCHIS *Morio* bulbis indivisis, nectarii labio quadrifido crenulato, cornu obtuso adscendente, petalis obtusis conniventibus. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 8.*

In pratis versus *Steglitz* passim. Majo. Junio.

44. ORCHIS *militaris* bulbis indivisis, nectarii labio quinquefido punctis scabro: cornu obtuso, petalis confluentibus. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 10.*

Prope *Spandau* in pratis inter agros *bei der Nachthütung* hinc, inde. Majo.

*Offic. Radix Salep.*

\* \* *Bulbis palmatis.*

45. ORCHIS *latifolia* bulbis subpalmatis rectis, nectarii cornu conico, labio trilobo lateribus reflexis, bracteis flore longioribus. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 12.*

β. *Orchis palmata pratensis maculata Bauh pin. 85.*

γ. *Orchis palmata palustris altera & tertia Bauh. pin. 86.*

δ. *Orchis palmata palustris latifolia Bauh pin. 86.*

ε. *Orchis palmata maculata Bauh. pin. 86.*

In omnibus fere pratis vulgaris. Majo.

46. *ORCHIS maculata* bulbis palmatis patentibus, nectarii cornu germinibus brevioribus; labio plano; petalis dorsalibus patulis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 13.*

Inter praecedente passim. Majo.

*Offic. (Radix Palmatae.)*

47. *ORCHIS conopsea* bulbis palmatis, nectarii cornu fetaceo germinibus longiore: labio trifido; petalis duobus patentissimis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 14.*

Prope *Spandau* in pratis *hinter der Nachthütung* passim. Majo. Junio.

*SATYRIUM Lin. gen. 1095.*

*Nectarium* scrotiforme, f. inflato didymum pone florem.

48. *SATYRIUM repens* bulbis fibrosis, foliis ovatis, radicalibus, floribus secundis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 20.*

♂. *Orchis* radice repente, foliis maculis nigris, & albis adsperfis *Mentz pug. t. 3. f. 4. 5.*

In sylvaticis prope *Tegel* passim. Augusto.

*OPHRYS Lin. gen. 1096.*

*Nectarium* subtus carinatum.

\* *Bulbis ramosis.*

49. *OPHRYS. Nidus avis* bulbis fibroso-fasciculatis caule vaginato aphylo, nectarii labio bifido *Lin. syst. ed. R. 4. p. 21.*

In nemorosis umbrosis, ad radices Alnorum & Coryli parasitica, *in den Papenberg* passim. Majo. Junio.

50. *OPHRYS spiralis* bulbis aggregatis oblongis, caule subfoliofo, floribus spirali-secundis, nectarii labio indiviso crenulato. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 22.*

In pratis ad *Rummelsburg* rarius Augusto. Julio.

51. *OPHRYS ovata* bulbis fibrosis, caule bifolio, foliis ovatis, nectarii labio bifido. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 22.*

β. *Ophrys trifolia* *Bauh. pin. 87.*

Locis paludosis *im Thiergarten, Jungfernheide* & alibi frequens. Majo. Junio.

*Offic. (Herba Bifolii.)*

\*\* *Bulbis rotundis.*

52. *OPHRYS paludosa* bulbo subrotundo, scapo subnudo pentagono, foliis apice scabris, nectarii labio integro. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 24.*

Locis turfosis *im Grunewald* passim. Julio. Augusto.

Variat, foliis nigro variegatis.

*SERAPIAS* *Lin. gen. 1097.*

*Nectarium* ovatum gibbum, labio ovato.

53. *SERAPIAS latifolia* bulbis fibrosis, foliis ovatis amplexicaulibus, floribus pendulis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 28.*

*Im Thiergarten ad venatorem aulicum* locis humidis frequens. *In den Papenberg* copiose. Junio.

54. *SERAPIAS Lonchophyllum* bulbis fibrosis, foliis ovato-lanceolatis, bracteis longitudine capsulae, floribus erectis: nectarii labio obtuso petalis brevioribus. *Lin. suppl. pl. 405.*

*Serapias grandiflora* bulbis fibrosis, foliis ensiformibus, floribus erectis, nectarii labio obtuso petalis brevioribus. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 30. α.*  
In pratis versus *Hasenheide* frequens, & prope *Spaudau* passim. Junio.

55. *SERAPIAS rubra* bulbis fibrosis, foliis ensiformibus, floribus erectis nectarii labio acuto. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 32.*

In den *Papenberg* passim, ad *Tegel* novo in plantario frequens. Julio.

PINGUICULA *Lin. gen. 33.*

*Calyx* 2 labiatus quinquefidus. *Corolla* ringens calcarata. *Capsula* unilocularis.

56. *PINGUICULA vulgaris* nectario cylindrico longitudine petali. *Lin. syst. ed. R. 1. p. 50.*

In pascuis *hinter der Fasanerie* ad viam versus *Grunewald* passim. Majo. Junio.

UTRICULARIA *Lin. gen. 34.*

*Cal.* 2 phyllus aequalis. *Cor.* ringens calcarata, *Capsula* unilocularis.

57. *UTRICULARIA vulgaris* nectario conico, scapo paucifloro *Lin. syst. ed. R. 1. p. 51.*

Inter *Fridriehsfelde* & *Strahlow*, im *Grunewald* & *Jungfernheide* frequens in fossis. Julio.

58. *UTRICULARIA minor* nectario carinato. *Lin.*



Prope venatorem *Philipp in der Jungfernheide* locis humidis turfosis frequens, ibidem prope *pontem destructum* passim. Junio.

*d. Flores monopetali sublabiati.*

GRATIOLA. *Lin. gen. 30.*

*Calyx* 7 phyllus: 2 exterioribus patulis. *Cor.* irregularis resupinata. *Stam.* 2 sterilia. *Cap-sula* bilocularis.

59. GRATIOLA *officinalis* foliis lanceolatis serratis, floribus pedunculatis. *Lin. syst. ed R. I. p. 47.* In pratis humidis frequens. v. g. ante *portam Halensem im Ausfall. vorm Unterbaum, prope Spandau &c.* Julio.

*Offic.* Herba Gratiolae. (*Gratia Dei.*)

VERBENA *Lin. gen. 35.*

*Calycis* dens unicus truncatus. *Cor.* infundibuliformis subaequalis curva. *Stamina* saepius 4. *Sem.* 4. nuda.

60. VERBENA *officinalis* tetrandra, spicis filiformibus paniculatis, foliis multifido laciniatis, caule solitario. *Lin. syst. ed R. p. 55.*

Ad pagos, locis ruderatis frequens. Julio. Augusto.

*Offic.* Herba Verbenae.

LYCOPUS *Lin. gen. 36.*

*Corolla* 4 fida: lacinia unica emarginata. *Stamina* distantia. *Semina* 4. retusa.

61. *LYCOPUS europaeus* foliis sinuato-ferratis.

*Lin. syst. ed. R. 1. p. 6.*

Ad Schoenberg, Rummelsburg, Charlottenburg,  
Spandau & alibi in pratis humidis inque fossis  
frequens. Julio.

*SALVIA Lin. gen. 42.*

*Corolla* ringens inaequalis. *Filamenta* transverse  
pedicello affixa.

62. *SALVIA pratensis* foliis cordato-oblongis cre-  
natis: summis amplexicaulibus, verticillis  
subnudis, corollis galea glutinosis. *Lin. syst.*  
*ed. R. 1. p. 65.*

β. Horminum pratense, foliis profunde incisiss.

*Bauh. pin. 238.*

γ. Flore albo.

Ad viam versus Britz, an den Rollbergen, in der  
Spandauerheide ad littora der Havel & alibi  
copiose. Variet. β. & γ. rarius. Junio.

## DIGYNIA.

*ANTHOXANTHUM Lin. gen. 46.*

*Cal. Gluma* 2. valvis, 1 flora. *Cor. Gluma* 2. val-  
vis acuminata. *Sem. 1.*

63. *ANTHOXANTHUM odoratum* spica oblongo-  
ovata, flosculis subpedunculatis arista longio-  
ribus. *Lin. syst. ed. R. 1. p. 74.*

In pascuis, pratis, locis nemorosis, & alibi co-  
piose. Aprili. Majo.

## CLASSIS III.

TRIANDRIA  
MONOGYNIA.

## a. Flores superi.

VALERIANA *Lin. gen.* 48.*Cal.* O. *Cor.* I. petal. basi hinc gibba. *Semen* I.\* *Legitimae semine papposo.*

64. VALERIANA *dioica* floribus triandris dioicis, foliis radicalibus subintegris & pinnatifidis, caulinis pinnatis: pinnis integerrimis.

*Valeriana dioica* floribus triandris dioicis, foliis pinnatis, integerrimis *Lin. syst. ed. R. I. p. 85.*

In pratis humidis *im Thiergarten, Jungfernheide* & alibi copiose. Majo.

Flores apud nos semper dioici, rarissime hermaphroditi. *Celebr. Scopoli* semper hanc plantam, floribus hermaphroditis, uno alterove sexu castrato vidit.

65. VALERIANA *officinalis* floribus triandris foliis uniformibus pinnatis: pinnis dentatis.

*Valeriana officinalis* floribus triandris, foliis omnibus pinnatis *Lin. syst. ed. R. p. 86.*

In nemorosis humidis, e. g. ante *portam Halensem im Aufstall*, prope *Spandau* & alibi passim. Junio.

*Offic.* Radix Valerianae minoris.

\*\* *Locustae, caule dichotomo, semine nudo.*

66. VALERIANA *olitoria* floribus triandris, caule dichotomo, foliis oblongis integerrimis, fructu simplici.

*Valeriana Locusta olitoria* floribus triandris, fructu simplici. *Lin. syst. ed. R. 1. p. 89. α.*

β. Foliis superioribus, ad basin versus obsolete dentatis.

In agris, arvis, locisque cultis frequens. Varietas β. rarius. Majo.

67. VALERIANA *dentata* floribus triandris, caule dichotomo, foliis serratis oblongis, semine tridentato.

*Valeriana Locusta dentata* caule dichotomo, foliis oblongis subserratis, semine corona tridentata.

*Lin. syst. ed. R. 1. p. 89. \**

In agris ad *Spandau* frequens. Majo.

Valerianas caule dichotomo, semine pappo destituto, sub nomine *Locustae* amplectitur *Linneus*; etsi omnes ab *Illo* indicatae varietates, specie differunt. Hac de re, nomen hoc delivi, et eo ad genus subdividendum utor. *Perrill Haller, Pollich* & alii sub nomine *Valerianellae* genere separarunt, lubenter eos, haud nego secutus essem, nisi natura ipsa, maximam ob affinitatem, aliis cum speciebus, hoc vetaret.

IRIS. *Lin. gen. 65.*

*Corolla* 6. partita: petalis alternis reflexis.

*Stigmata* 3. partita, petaliformia.

68. IRIS *Pseudacorus* corollis imberbibus, petalis interioribus stigmatibus minoribus, foliis ensiformibus. *Lin. syst. ed. R. I. p. 107.*

In paludibus, fossisque uliginosis. v. g. *im Thiergarten, Jungfernheyde* & alibi frequens. Majo.

*Offic. (Radix Iridis nostratae. f. Acori palustris.)*

69. IRIS *sibirica* corollis imberbibus, germinibus trigonis, caule tereti, foliis linearibus. *Lin. syst. ed. R. I. p. 108.*

Locis paludosis *in den Papenbergen* passim, & prope *Rummelsburg* rarius. Majo.

b. Flores inferi.

POLYCNEMUM *Lin. gen. 59.*

*Calyx* persistens, 5 phyllus; foliolis 2 alternis minoribus. *Corolla* nulla. *Semen* 1. membrana tenuissima vestitum.

70. POLYCNEMUM *arvense* caule diffuso, foliis triangularibus.

*Polycnemum arvense. Liu. syst. ed. R. I. p. 96.*

In agris editioribus inter *den Rollbergen*, & *Häsenheide* frequens. Ante portam *Halensem* & versus *Pancko* rarissime. Augusto.

c. Gramina, spicis dense imbricatis.

SCIRPUS *Lin. gen. 73.*

*Gal.* 1. valvis: glumis paleaceis undique imbricatis. *Cor.* O. *Sem.* 1. imberbe triquetrum, setis circumdatum.

\* *Spica unica.*

71. *SCIRPUS palustris* culmo tereti nudo, spica subovata terminali. *Lin. syst. ed R. I. p. 130.*

In fossis, locisque inundatis ante portam Halensem, im Thiergarten, vorm Unterbaum, & alibi frequens. Majo. Junio.

72. *SCIRPUS Boeothryon* culmo tereti striato nudo basi vaginato, vagina truncata, spica terminali pauciflora bivalvi; valvulis ovatis spica brevioribus margine scariosis: exteriori breviori *Lin. suppl. pl. p. 103.*

Ab amico accepi, sed locus natalis me fugit. Forte ante portam Halensem im Aufstall, vel im Grunewald. Junio.

73. *SCIRPUS acicularis* culmo tereti nudo setiformi, spica ovata bivalvi, feminibus nudis. *Lin. syst. ed. R. I. p. 132.*

Ad paludes in der Jungfernheide bei den Rehbergen frequens. Julio. Augusto.

74. *SCIRPUS caricis* culmo nudo subtriquetro, spica disticha involuero monophyllo. *Retzii prodrom. fl. scand. n. 56.*

*Schoenus compressus* culmo subtriquetro folioso, spica disticha, spiculis multifloris, involuero monophyllo. *Huds. angl. ed. 2. p. 15. n. 4. Lin. syst. ed. R. I. p. 121.*

In der Jungfernheide, in pratis hinter Staaken, prope Spandau vor Haaks Meyerei, & alibi passim. Junio.

\*\* *Culmo tereti polystachyo.*

75. SCIRPUS *lacustris* culmo tereti nudo, spicis ovatis pluribus pedunculatis terminalibus. *Lin. syst. ed. R. I. p. 132.*

α. Scirpus palustris altissimus. Scheuchz. agrost. 354.

β. Scirpus palustris humilior. Scheuchz. agrost. 356.

Ad ripas inundatas *der Spree & Havel* frequens v. g. prope *Rummelsburg, Strahlow, Tegel, Spandau &c.* β. *in der Jungfernheide* locis paludosis passim. Julio. Augusto.

76. SCIRPUS *setaceus* culmo nudo setaceo, spica terminali sessili. *Lin. syst. ed. R. I. p. 134.*

In humidiusculis ad *Schoeneberg*, hinter *Falkenhagen*, in via versus *Bredow* passim. Julio. Augusto.

\*\*\* *Culmo triquetro, panicula foliacea.*

77. SCIRPUS *sylvaticus* culmo triquetro folioso, umbella foliacea, pedunculis nudis supradecompositis, spicis confertis. *Lin. syst. ed. R. I. p. 139.*

In den *Papenberg*, & im *Grunewald* frequens. Majo. Junio.

TYPHA *Lin. gen. 1131.*

♂—♀. ♂. Ament. cylindricum. Cal. 3 phyllus fetaceus. Corolla nulla.

♀. Ament. Cal. & Cor. maris. Semen 1. Pappus inversus capillaris.

78. *TYPHA latifolia* foliis subensiformibus, spica mascula femineaque approximatis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 94.*

In paludibus ad *Tegel, Briselang, & in der Jungfernheide* alibique frequens, Julio.

79. *TYPHA angustifolia* foliis femicylindricis, spica mascula femineaque remotis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 94.*

In *der Jungfernheide, Grunewald, in parco ad Doebriz & alibi* frequens, Julio.

ERIOPHORUM, *Lin. gen. 74.*

*Cal. 1. valvis: glumis paleaceis undique imbricatis. Cor. O. Sem. 1. lana longissima cinctum.*

80. *ERIOPHORUM vaginatum* culmis vaginatis teretibus, spica scariosa. *Lin. syst. ed. R. 1. p. 142.*

*α. Juncus alpinus capitulo tomentoso majori. Scheuchz. agrost. app. tab. 7. f. 2.*

*β. Juncus alpinus capitulo lanuginoso, seu Schoenolagurus. Scheuchz. agrost. app. t. 7. f. 1.*

In humidiusculis turfosis *in der Jungfernheide, im Grunewald, Spandauerheide, prope den Teufelssee, inter Schoeneberg & Fasanerie* abunde. Aprili. Majo.

81. *ERIOPHORUM polystachyon* culmis teretibus, foliis planis, spicis pedunculatis. *Lin. syst. ed. R. 1. p. 143.*

*β. Linagrostis panicula minori. Vaill. paris. tab. 16. fig. 2.*



v. *Linagroſtis pappo rariori*, *Scheuchz. agroſt.*  
p. 308.

In uliginofis turfofis *in der Jungfernheide, Grunewald*, & alibi copioſe. Aprili, Majo.

*SCHOENUS* *Lin. gen.* 71.

*Cal.* I. valvis: glumis paleaceis congeſtis. *Cor.* O.  
*Semen* I. ſubrotundum.

82. *SCHOENUS albus* culmo ſubtriquetro folioſo,  
floribus faſciculatis, foliis ſetaceis. *Lin. ſyſt.*  
*ed. R. I.* p. 122.

In turfofis *des Grunewalds* frequens. Julio.

*Calyx* univerſalis unico brevi fit folio. *Glumae*  
florales fere tres, ariſtatae, intra eas ſemen  
piriforme. *Setae* circum ſemen decem, ſe-  
mine longiores, tertius floſculus ſerius matu-  
ratur. *Haller. helo* 1341.

*CYPERUS* *Lin. gen.* 72.

*Cal.* I. valvis: glumis paleaceis diſtiche imbrica-  
tis. *Cor.* O. *Semen* I. nudum.

83. *CYPERUS flavescens* culmo triquetro nudo,  
umbella triphylla, pedunculis ſimplicibus  
inaequalibus, ſpicis confertis lanceolatis. *Lin.*  
*ſyſt. ed. R. I.* p. 127.

Locis uliginofis, paludofis frequens. Julio,  
Auguſto.

84. *CYPERUS fuscus* culmo triquetro nudo, um-  
bella trifida, pedunculis ſimplicibus inaequa-  
libus, ſpicis confertis linearibus. *Lin. ſyſt.*  
*ed. R. I.* p. 127.

Iisdem locis, eodemque tempore. *In der Jungfernheide & prope Reineckendorf rarius.*

Praecedenti simillimus, differt umbellis minoribus magis compressis, spicis linearibus, foliis scabriusculis, culmo minori.

CAREX, *Lin. gen.* 1137.

♂—♀. ♂. *Ament.* imbricatum. *Cal.* 1 phyll. *Cor.* 0.

♀. *Ament.* *Cal.* & *Cor.* ut in flore mascula. *Nect.* inflatum 2. dendatum. *Stigmata* 2. 3. *Sem.* triquetrum intra nectarium.

\* *Spicis androgynis.*

85. CAREX *disticha* spica composita subdisticha, spiculis ovatis subimbricatis androgynis, folio longiori instructis, culmo triquetro. *Huds. angl. ed.* 2. p. 403. *ed.* 1. p. 347. *Schreb. spicil. fl. lips.* 63.

*Carex spicata* spica composita, spiculis ex subrotundo ovatis, numerosis, confertis, in summo scapo cohaerentibus, sessilibus, androgynis nudis. *Pollich. pal. tom.* 2. p. 562. n. 875.

*Carex arenaria* *Leers herb. born.* 195. t. 14. f. 2.

Versus *Spandau* in pratis paludosis prope *den Stern* & & alibi passim. *Majo.*

Stigma bifidum.

Differt a *Carice arenaria*: spicis remotioribus spiculis subdistichis magis obtusis, bractea spica longiori & foliis angustioribus. Non confundenda cum *Carice spicata*. *Huds. angl. ed.*

*Withering. brittan. 2. p. 566. & Relhan. cantab. n. 686.*

86. CAREX *arenaria* spicis compositis, spiculis androgynis ovato-acutis: inferioribus remotioribus, folio longo instructis, culmo triquetro. *Lin. syst. ed. R. I. p. 100.*

In campis arenosis, locisque gramineis *im Thiergarten* & alibi copiose. Majo.

Stigma bifidum.

Radix recens vulnerata, odorem Therebinthinae venetae similem spargit.

*Offic.* Radix Graminis majoris, seu Caricis arenariae.

87. CAREX *leporina* spica composita, spiculis ovatis sessilibus approximatis alternis, androgynis nudis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 101.*

Locis humidis *im Thiergarten* & alibi frequens. Majo.

Stigma bifidum.

88. CAREX *praecox* spica composita disticha nudiuscula, spiculis contiguis androgynis teretibus rectis, culmo superne nudo. *Schreb. spicil. 63. n. 1010.*

Prope *Spandau* locis editioribus ante portam *Berolinensem* & *in der Jungfernheide* passim. Martio, Aprili.

Stigma bifidum.

88. CAREX *vulpina* spica supradecomposita inferne laxiore: spiculis androgynis ovato-

glomeratis superne masculis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 102.*

Locis humidis & ad ripas fluviorum prope *Rummelsburg, Spandau, Schoeneberg* & alibi passim. Majo. Junio.

Stigma bifidum.

90. *CAREX paniculata* racemo composito, spiculis androgynis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 105.*

*Carex spica paniculata. Hall. helv. n. 1368.*

*Im Elsbruch versus Falkenhagen* passim. Majo. Junio.

Stigma bifidum.

91. *CAREX elongata* spiculis oblongis sessilibus, remotis androgynis, capsulis ovato-acutis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 104.*

*Carex spicis ovatis, imis remotis, supremis congestis. Hall, helv. n. 1359.*

*Ibidem* passim. Majo. Junio.

Spiculae oblongae 8. 9. 10 florum. Squamae oblongae, obtusae, albido flavescentes, nervo viridi elevato, capsulis minores. Capsulae oblongae, obsolete trigonae, subconvexae, acumine longe producto.

Stigma bifidum.

92. *CAREX canescens* spiculis subrotundis sessilibus obtusis androgynis, capsulis ovatis obtusiusculis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 104.*

Prope *Spandau* passim. Majo. Junio.

Spiculae subrotundae, inferne remotae, superne

flavescentes, seta terminatae, nervo viridi, longitudine capsularum.

Capsulae oblongae convexae, acumine brevi.

Stigma bifidum.

93. CAREX *remota* spicis ovatis subsessilibus, remotis, androgynis, bracteis culmum aequantibus. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 103.*

β. *Carex axillaris* spiculis ovatis sessilibus remotis androgynis, bracteis culmum aequantibus, *Lin. spec. pl. 1382.*

Prope Tegel & in den Papenbergen ad viam inferiorem passim. Majo. Junio.

Stigma bifidum.

94. CAREX *muricata* spiculis sub-ovatis sessilibus, remotis androgynis, superne masculis, inferne femineis, capsulis acutis bicuspidatis.

*Carex muricata* spiculis subovatis sessilibus, remotis, androgynis, capsulis acutis divergentibus spinosis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 102.*

Locis humidis in der Jungfernheide praecipue in der Charlottenburger Allee frequens. Majo. Junio.

Radix fibrosa. Culmi florentes minutissimi, fructu maturo vix digitales. Folia glabra, culmo longiora. Spicae 3. aut. 4. superne masculae.

Squamae capsulis minores.

Capsulae compressae, acumine longo bifido.

Stigma bifidum.

95. CAREX *Leersti* spicis subovatis sessilibus remotis androgynis, inferne masculis, superne

femineis, capsulis acutis simpliciter mucronatis.

*Carex muricata*, Leers herborn. 709. t. 14. f. 8.

Pollich. pal. tom. 2, n. 877. Reilhan. cantab. 682.

*Carex spicis ternis echinatis*, glumis lanceolatis, capsulis mucrone simplici. Hall. helv. n. 1366.

Ehrhart hanoev. Magaz. 1780. 84. Stück. p. 1330.

Prope *Spandau* rarius. Majo, Junio.

Stigma bifidum.

Differt a praecedenti: culmo majori, spiculis inferne masculis, & capsulis simpliciter mucronatis.

\*\* *Spicis sexu distinctis: femineis sessilibus.*

96. *CAREX flava* spicis confertis subsessilibus, subrotundis: mascula lineari, capsulis acutis recurvis. Lin. syst. ed. R. 4. p. 106. Leers herb. 714. t. 15. f. 6. (figura non optima, capsulae nimis obesae.)

In pratis prope *Spandau* hinterm *Gewehrplan*, ad lacum magnum inter *Staaken*, & *Doebritz*, etiamque in pratis prope *Ruhleben* frequens. Aprili. Majo.

Stigma trifidum.

Squamae obtusae fuscae, capsulis minores.

Capsulae ventricosae striatae, acumine longo apice bifido.

97. *CAREX digitata* spicis linearibus erectis: mascula brevior inferioreque, bracteis aphyllis, capsulis distantibus. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 106.*

Stigma trifidum.

*Im Charlotteburger Schloßgarten, & in den Papenbergen passim. Majo. Aprili.*

98. *CAREX montana* spicis femineis subsolitariis sessilibus, ovatis, masculis approximatis, culmo nudo, capsulis pubescentibus. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 107.*

*In der Jungfernheide & Hasenheide passim, Aprili.*

Stigma trifidum.

Spica mascula terminalis erecta oblonga; squamis fuscis, obtusis, nervo luteo. Spicae femineae ovatae sessiles approximatae, plerumque binae rarius unica. Squamae oblongae obtusae, fuscae, interdum filo brevissimo terminatae, margine diaphano, membranaceo. Capsulae subtrigonae, pilis albidis brevissimis obsitae.

99. *CAREX ericetorum?* spica mascula terminali obverse ovata, obtusa, femineis sessilibus ovatis, capsulis pubescentibus. *Pollich. pal. 2. n. 886.*

*In den Papenbergen rarius. Aprili. Majo.*

Stigma trifidum.

Descriptio *Celebr. Pollichii* satis bene cum nostra

specie convenit: sed si...

et icon illius minime respondent. In nostra specie, caulis digitalis & ultra. Spica mascula terminalis oblongo-ovata; squamis obtusis fuscis nervo luteo. Spicae femineae solitariae vel geminatae, masculae approximatae. Squamae subrotundo-oblongae, acutae. Capsulae pubescentes.

100. *CAREX pilulifera* spicis confertis, mascula oblonga, femineis subrotundis sessilibus, culmo nudo.

*Carex pilulifera* spicis terminalibus confertis subrotundis: mascula oblonga, *Lin. syst. ed. R. 4. p. 109. Relhan cantab. n. 689.*

*In der Spandauerheide frequens, Majo.*

Stigma trifidum.

Radix fibrosa. Culmus pedalis, anceps, hinc planus, inde convexus, obsolete triquetrus striatus, glaber, nudus. Folia ad radicem fasciculata, lineari-lanceolata, lata, glabra, nervosa, longitudine dimidi culmi. Spicae confertae, terminales, & conglobatae; Mascula unica oblonga: squamis oblongo-lanceolatis rufis, nervo luteo, margine membranaceo albo diaphano; Femineae 3. 4. sessiles, spicae masculae approximatae, oblongo subrotundae, infima bractea spica longiori instructe. Capsulae ventricosae obsolete trigonae, hirtae mucronatae; mucrone brevissime bifido. Squamae longitudine capsularum



oblongae, flavescentes, seta terminatae, nervo viridi. vid. TAB. I fig. I.

*Carex pilulifera* Leyss. fl. halens. ed. 2. n. 951. est longe alia species.

101. CAREX filiformis spica mascula oblonga femineis sessilibus inferiore folio proprio brevior. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 108. Leers herborn. 718. t. 16. f. 5.*

Cyperoides sylvaticum tenuifolium, spicis parvis tenuibus spadiceo-viridibus. *Scheuchz. agrost. 425. t. 10. f. 11.*

*In der Jungfernheide passim, in den Papenbergen & ad Spandau copiose. Aprili. Majo.*

Spica mascula: squamis flavescentibus lineari-lanceolatis apice truncatis. Spicae femineae oblongae geminatae: squamis fuscis oblongis nervo viridi, apice seta instratis. Capsulae hirtae.

Stigma trifidum.

102. CAREX aspera spica mascula solitaria longe pedunculata, lineari; femineis remotis subternatis, oblongis, capsulis squamis majoribus, culmo retrorsum hispido.

*In pratis prope Spandau hinter den Schülerbergen magnos formans cespites. Majo.*

Culmus sesquipedalis, triqueter, striatus, nudus: angulis retrorsum hispidis. Folia lineari-lanceolata caespitosa. Spica mascula terminalis solitaria, longe pedunculata, subnutans, linearis: squamis albo-flavescentibus

oblongo lanceolatis, nervis pluribus fuscis. Spicae femineae binae, vel tres cylindricae dense imbricatae, sessiles, erectae, infima maxima  $\frac{3}{4}$  unicalis bractea longa instructa, tertia si adest minutissima prope masculana, circiter floribus 4 aut 5. Squamae oblongo lanceolatae fuscae nervo margineque albido, capsulis minores. Capsulae glabrae subrotundae, acumine brevi. vid. TAB. I. fig. 2.

Stigma trifidum.

103. CAREX *splendida* spicis remotis, mascula subfolitaria lineari; femineis geminatis ovatis, capsulis bifidis, lana splendida tectis, bracteis longissimis.

*In der Spandauerheide versus den Papenberg in palude copiosissime. Majo.*

Culmus sesquipedalis & ultra, triqueter, glaber striatus. Spica mascula unica, interdum duplex lineari lanceolata, si altera adest minutissima magis oblonga. Squamae masculae spicae, oblongo lanceolatae, flavescentes, nervis tribus fuscis. Spicae femineae duae sessiles remotae bracteatae. Bractea primae spicae triplo ista longior; infimae omnibus multo longior. Capsulae oblongae obsolete triquetrae, apice bifidae, lana ferruginea splendida tectae. Squamae capsulis minores, ovatae, acutae, atrofuscae, nervo albido. vid.

TAB. I. fig. 3.

\*\*\* *Spicis sexu distinctis, femineis pedunculatis.*

104. CAREX *elegans* spicis pendulis, mascula erecta lineari; femineis geminatis pendulis, capsulis distichis acuminatis, squama minoribus.

Cyperoides spica pendula, brevior, squamis e spadiceo vel fusco rutilante viridibus. *Scheuchz. agrost. 443. t. 10. f. 13?*

Gramen cyperoides spica pendula brevior minus. C. Bauh. theatr. 85?

β. Spica feminea unica.

Locis turfosis humidis *im Grunewald & Jungfernheide* frequens. Aprili. Majo.

Culmus pedalis vel sesquipedalis, obsolete trigonus, striatus, glaber. Spica mascula solitaria linearis erecta: squamis oblongis fuscis acutis, margine membranaceis dense imbricatis. Spicae femineae binae planae pendulae remotae, oblongae. Capsulae oblongae obsolete triquetrae, distichae, glaberrimae, obtusae, mucronatae. Squamae concavae, oblongae, acutae, rufae, capsulis majores. Bractea unica ad infimam spicam subulata, spicis femineis longior. vid. TAB. I. fig. 4.

Stigma trifidum.

105. CAREX *Pseudo Cyperus* spicis pendulis, mascula erecta lineari, femineis geminatis cylindricis pendulis, capsulis fulcatis, mucronatis.

*Carex Pseudo Cyperus* spicis pendulis, pedunculis geminatis. *Lin. syst. ed. B. 1. p. 112*

β. Spicis femineis ternis, quaternisve.

γ. Spica feminea unica.

In fossis locisque paludosis *im Thiergarten*, prope *Tegel*, *Ruhleben*, & *ad Doebriz* frequens. Aprili. Majo.

Spica mascula terminalis erecta; squamis lanceolatis acuminatis, pallidis. Spicae femineae solitariae 2. 3. vel etiam 4. cylindricae. Capsulae oblongae, glabrae, sulcis exaratae, mucronatae, bifidae. Squamae longitudine capsularum setaceae, margine hispidae, virides.

Stigma trifidum.

106. CAREX *pallescens* spicis pendulis; mascula erecta, femineis ovatis imbricatis, capsulis confertis obtusis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 110.* *Leers herborn. 721. t. 15. f. 4.*

In pratis prope *Spandau hinterm Gewehrplan*, & *in den Papenbergern*. Majo.

Stigma trifidum.

Spica mascula erecta linearis: squamis stramineis ovatis pilo terminatis. Spicae saepissime geminatae subnutantes; prima bractea subulato setacea spica longiori instructa; altera bractea lineari-lanceolata spicis omnibus longiori donata. Squamae capsulis minores ovato-oblongae stramineae, nervo viridi, acuminatae. Capsulae trigonae glabrae obtusae.

107. *CAREX caespitosa?* spicis erectis cylindricis ternis subsessilibus: mascula terminali, culmo triquetro. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 112.*

Prope *Spandau* in pratis *hinter den Schülerbergen*. Majo.

Culmus fere pedalis obsolete triqueter, nudus, & glaber. Folia lineari-lanceolata, nervosa, glabra triuncialia, ad radicem posita.

Spica mascula unica terminalis, linearis: squamis stramineis, oblongis, concavis obtusis dense imbricatis. Spicae femineae pedunculatae erectae, cylindricae; infima bractea femineis longiori instructa subulata. Capsulae ventricosae triquetrae spadiceae, mucrone brevissimo: squamis longitudine capsularum, viridibus nervo luteo, ovatis, acutis. vid. *TAB. II. fig. 5.*

Stigma trifidum & bifidum.

108. *CAREX panicea* spicis pedunculatis erectis remotis: femineis linearibus, capsulis obtusiusculis inflatis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 111. Leers herborn. 722. t. 15. f. 5.*

Locis udis *im Thiergarten, Jungfernheide*, prope *Spandau* in pratis *hinterm Gewehrplan* & alibi copiose. Majo.

Spica mascula oblonga, unica, terminalis: squamis oblongis obtusis pallide fuscis striis duobus spadiceis. Spicae femineae plerumque geminatae, interdum solitariae. Capsulae

squamis oblongis acutis spadiceis nervo & margine albido, capsulis minores.

Stigma trifidum.

109. *CAREX mutabilis* spica mascula nutante, cylindrica, longissima: femineis cylindricis, capsulis squamis longioribus, culmo acute triquetro.

*α.* Spica mascula cylindrica nutante; femineis geminatis pedunculatis nutantibus.

*β.* Spica terminali mascula inferne feminea; femineis quinatis cylindricis subsessilibus minutis.

In pratis & fossis prope *Spandau hinter den Schülerbergen* rarius. Majo.

Culmus bipedalis & ultra, acute triquetus, striatus: angulis retrorsum scabris. Folia lineari-subulata nervosa, costa medio instructa, margine retrorsum hispida, longissima. Spicae valde variabiles. Squamae spicae masculae concavae, lanceolatae, stramineae striis fuscis. Capsulae oblongae, gibbae, glabrae, trigonae, mucrone brevissimo. Squamae capsulis minores, oblongo-lanceolatae spadiceae, nervo viridi. Bractae longissimae.

Stigma trifidum.

In varietate *α* spica mascula terminalis, quadriuncialis, cylindrica, nutans, rarissime uno alterove flore femineo. Spicae femineae geminatae pedunculatae nutantes, quadriuncia-

floribus alternis, superne densioribus: floribus imbricatis. *Taa. II. fig. 6.*

*In varietate β. spica terminalis androgyna cylindrica, 4 uncialis, nutans; floribus inferne femineis, bracteis longissimis instructis; superne masculis dense imbricatis. Spicae femineae quator vel quinque, remotae, subsessiles, cylindricae. Tria superiora 6 linearia sessilia ovata. Bina inferiora uncialia brevissime pedunculata cylindrica. Bractee culmo multo majores. vid. *TAB. III. fig. 7.**

**110.** *CAREX distans* spicis remotissimis subsessilibus bractea vaginali, capsulis angulatis mucronatis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 112.*

Stigma trifidum.

*Ad Doeriz & in den Papenberggen infrequens. Majo. Junio.*

\*\*\*\* *Spicis sexu distinctis, masculis pluribus.*

**111.** *CAREX acuta* spicis masculis pluribus, femineis subsessilibus, capsulis obtusifusculis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 113.*

*α. Carex acuta* spicis masculis pluribus, obtusis, squamis obtusifusculis, caule acutangulo. *Curtis Flor. Lond. Relhan cantab. 698. Carex acuta nigra. Leers herborn. t. 16. f. 1.*

*β. Carex riparia* spicis masculis pluribus triquetris nigricantibus, acutis, squamis aristato-acuminatis, capsulis subinflatis, bicornibus. *Curtis Flor. Lond. Relhan cantab. 697. Carex acuta rufa. Leers herborn. t. 16. f. 1.*

*Im Thiergarten, Jungfernheide, Grunewald, & alibi copiose. α. in pratis humidis. β. in fossis aquisque stagnantibus. Majo. Junio.*  
 Stigma bifidum.

112. *CAREX glauca* spicis maribus una, pluribus, feminis pendulis, capsulis ovato-triquetris, confertis. *Pollich. pal. 2. p. 594. n. 894. Leyffer halens. ed. 2. p. 237. n. 960.*

*Carex glauca* culmo subtriquetro; spicis pendulis, pedunculatis, fuscis; capsulis obtusis. *Scop. carn. ed. 1. p. 214. n. 8. ed. 2. tom. 2. p. 223. n. 1157.*

*Carex limosa β. pallida. Retz prod. fl. Scand. 180. n. 1045. Oeder dan. 444.*

*In pratis humidis ad Spandau & in der Jungfernheide passim. Majo. Junio.*

Spica mascula saepissime geminata, cylindrica: squamis oblongis, obtusis, fuscis, nervo viridi. Spicae femineae duae pedunculatae. Capsulae oblongae, glabrae, trigonae, virides: squamis ovato-acutis fuscis nervo viridi.

Stigma trifidum.

113. *CAREX vesicaria* spicis masculis pluribus, femineis pedunculatis, capsulis striatis glabris inflatis, rostro bifido.

*Carex vesicaria* spicis masculis pluribus, femineis pedunculatis, capsulis inflatis, acuminatis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 114.*



Locis paludosis. v. g. *in Thiergarten, Grunewald, in der Jungfernheide, prope Rummelsburg, Spandau & alibi frequens. Majo. Junio.*

Stigma trifidum.

Capulae masculae binae, lineari-lanceolatae: squamis oblongo-lanceolatis stramineis, nervo pallido. Spicae femineae tres remotae pedunculatae oblongae. Capulae oblongae inflatae striatae acuminatae, acumine bifido: squamis oblongis fuscis, nervo viridi, seta terminatis.

114. *CAREX sylvatica* spicis pedunculatis, mascula erecta, femineis filiformibus laxis pedunculo brevioribus, capsulis ovatis aristatis furcatis. *Huds. angl. ed. 2. tom. 2. p. 411. n. 28. Relhan. cantab. 695.*

*Carex vesicaria*  $\beta$ . culmo longissimo, spicis tenuibus remotis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 114.*

*Carex capillaris. Leers herborn. 720. t. 15. f. 2.*

*Carex patula. Scop. carn. ed. 2. n. 1160. t. 59.* minime hic pertinet, descriptio & figura ad nostram haud quadrant.

Prope *Tegel*, & *in den Papenberggen* rarius. Majo. Junio.

Stigma trifidum.

Culmus triqueter striatus inferne glaber, superne scaber. Spica mascula subsolitaria, oblonga: squamis oblongis acutis, membranaceis diaphanis, nervo viridi. Spicae femineae plerumque quatuor lineares longissime pedunculatae. Capulae triquetrae glabrae ventricoso-

TRIANDRIA MONOGYNIA. 41

fae ; apice longe producto bifido: squamis membranaceis oblongis seta terminatis, nervo viridi, longitudine capsularum.

115. CAREX *hirta* spicis remotis: masculis pluribus, femineis subpedunculatis erectis, capsulis hirtis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 115.*

In campis arenosis, ad vias, prope *Schoeneberg, Charlottenburg, Wedding*, & alibi copiose. Majo. Junio.

Stigma trifidum.

Squamae spicarum mascularum pilosae, fuscae, oblongae, nervo viridi. Capsulae subrotundae, ventricosae, striatae, hirtae, acumine longe producto, bifido. Squamae oblongae glabrae virides, margine fusco, apice setaceae.

Radix repens & ei Caricis arenariae similis, sed recens inodora.

SPARGANIUM. *Lin. gen. 1132.*

♂. Amentum subrotundum. *Cal. 3* phyllus. *Cor. O.*

♀. Ament. *Cal. & Cor. maris Stigma 2* fidum. *Capsula coriacea 1—2* sperma.

116. SPARGANIUM *erectum* foliis erectis, lineari-lanceolatis, nervo elevato.

*Sparganium erectum* foliis erectis triquetris. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 95.*

*Sparganium ramosum. Bauh. pin. 15.*

In paludibus, fossis, similibusve locis frequens.

Variet.  $\beta$ . in fossis inter portam *Halensem* & *Lipsiensem* rarius. Junio. Julio.

117. SPARGANIUM *natans* foliis decumbentibus, linearibus obtusis.

*Sparganium natans* foliis decumbentibus planis.

*Lin. syst. ed. R. 4. p. 95.*

In der *Jungfernheide*, fossis innatans. Julio. Augusto.

Caulis nunquam ramosus. Amenta feminea 2, rarius 3; masculum 1. rarius 2.

d. *Gramina spicis gracilibus; floribus sparsis.*

NARDUS. *Lin. gen. 75.*

*Cal. O. Cor. 2 valvis. Sem. 1. corolla adnatum.*

118. NARDUS *stricta* spica setacea, recta secunda, *Lin. syst. ed. R. 1. p. 144.*

In arenosis sterilibus ad *Schoeneberg*, im *Thiergarten*, *Jungfernheide*, alibique copiose, Junio. Julio.

#### DIGYNIA.

a. *Gramina floribus unifloris vagis.*

PHALARIS. *Lin. gen. 80.*

*Cal. 2 valvis carinatus, longitudine aequalis corollam includens.*

119. PHALARIS *canariensis* panicula subovata spiciformi, glumis carinatis. *Lin. syst. ed. R. 1.*

Passim culta • occurrit, in ruderatis interdum ac si spontanea. Julio. Augusto.

Offic. Semen canariense.

120. PHALARIS *arundinacea* panicula oblonga ventricosa ampla. *Lin. syst. ed. R. I. p. 150.*

β. Phalaris picta.

In pratis inundatis prope *der Charite* & in fossis ad *Spandau* copiose. β. in hortis culta. Junio.

PANICUM. *Lin. gen. 82.*

Cal. 3 valvis, valvula tertia minima. Cor. 2 valvis.

121. PANICUM *verticillatum* spica verticillata, racemis quaternis, involucellis unifloris bifetis, culmis diffusis. *Lin. syst. ed. R. I. p. 153.*

In cultis, sepibus atque dumetis rarius. Julio. Augusto.

122. PANICUM *glaucum* spica tereti involucellis bifloris fasciculato-pilosis, feminibus transversim rugosis, culmo erecto.

*Panicum glaucum* spica tereti involucellis bifloris fasciculato pilosis, feminibus undulato-rugosis.

*Lin. syst. ed. R. I. p. 153.*

In agris, arvis, locisque cultis copiose. Julio. Augusto.

123. PANICUM *viride* spica tereti involucellis bifloris fasciculato-pilosis, feminibus ad longum sulcatis, culmo decumbente.

*Panicum viride* spica tereti involucellis bifloris fasciculato-pilosis feminibus nervosis. *Lin. syst. ed. R. I. p. 154.*

Locis cultis, in agris arenoso-limosis passim. Julio. Augusto.

124. PANICUM *Crus galli* spicis alternis conjugatisque, spiculis subdivisis, glumis aristatis hispidis, rachi quadrangulari. *Lin. syst. ed. R. I. p. 155.*

β. Gramen paniceum, spica divisa, aristis longis armata. *Bauh. pin. 8.*

In hortis, cultis, ruderalis humidis copiose. β. passim. Julio. Augusto.

125. PANICUM *sanguinale* spicis digitatis basi interiori nodosis, flosculis geminis muticis, vaginis foliorum punctatis. *Lin. syst. ed. R. I. p. 157.*

*Digitaria sanguinalis. Scop. carn. ed. 2. n. 72.*

In agris & campis arenosis copiosissime. Augusto.

Tertia valvula calycis saepius adest, licet minutissima.

126. PANICUM *miliaceum* panicula laxa flaccida, foliorum vaginis hirtis, glumis mucronatis nervosis. *Lin. syst. ed. R. I. p. 160.*

In agris frequens cultum. Julio. Augusto.

PHLEUM. *Lin. gen. 83.*

*Cal. 2. valvis, linearis, truncatus; apice bicuspidato. Cor. inclusa mutica.*

127. *PHLEUM pratense* spica cylindrica longissima ciliata, culmo erecto. *Lin. syst. ed. R. I.* p. 162.

In pratis humidis ad *Reineckendorf*, *Rummelsburg*, *Tegel*, *Spandau*, im *Thiergarten* & alibi copiose. Julio. Augusto.

128. *PHLEUM nodosum* spica cylindrica, culmo adscendente, foliis obliquis, radice bulbosa. *Lin. syst. ed. R. I.* p. 163.

In *der Hasenheide* & *Thiergarten* frequens. Julio. Augusto.

*ALOPECURUS. Lin. gen. 84.*

*Cal. 2 valvis. Cor. 1 valvis.*

129. *ALOPECURUS pratensis* culmo spicato erecto, glumis villosis corollis muticis. *Lin. syst. ed. R. I.* p. 165.

In pratis & pascuis abunde. Majo. Junio.

130. *ALOPECURUS geniculatus* culmo spicato infarcto, corollis muticis. *Lin. syst. ed. R. I.* p. 165.

Im *Thiergarten* & *Jungfernheide* copiose. Julio. Augusto.

*AGROSTIS. Lin. gen. 86.*

*Cal. 2 valvis: valvulis acutis. Cor. 2 valvis paulo calyce minor. Stigmata longitudinaliter hispida.*

\* *Aristatae.*

131. *AGROSTIS spica venti* petalo exteriori arista recta stricta longissima, panicula patula. *Lin. syst. ed. R. I.* p. 160.

Inter segetes ubique copiose ; aestate.

132. *AGROSTIS canina* calycibus elongatis, petalorum arista dorsali recurva, culmis prostratis scabriusculis. *Lin. syst. ed. R. I. p. 173.*

In pratis pascuisque siccis passim. Julio.

133. *AGROSTIS rubra* paniculae parte florente patentissima, petalo exteriori glabro: arista terminali tortili recurva. *Lin. syst. ed. R. I. p. 173.*

Ad pagos in viis arenosis & agrorum versuris frequens. aestate.

\*\* MUTICAE.

134. *AGROSTIS stolonifera* panicula ramulis patentibus muticis, culmo repente, calycibus aequalibus. *Lin. syst. ed. R. I. p. 173.*

In viis arenosis inter *Pancko* & *Gesundbrunnen*, *im Thiergarten* alibique frequens. Junio. Julio.

135. *AGROSTIS capillaris* panicula capillari patente, calycibus subulatis aequalibus hispidiusculis coloratis, flosculis muticis. *Lin. syst. ed. R. I. p. 174. Leers herborn. 54. t. 4. f. 3.*

β. Calycibus duplo majoribus, corollis in foliola subulata excrecentibus, viviparis. *Leers herborn. p. 20. n. 54.*

Locis nemorosis *im Thiergarten* & alibi passim.

Variet. β. ad fossas *hiuterm Gewehrplan* prope *Spandau*. aestate.

136. *AGROSTIS alba* panicula laxa, calycibus muticis aequalibus, culmo repente. *Lin. syst. ed. R. I. p. 175.*

In *Thiergarten*, prope *Spandau* & *Tegel* infrequens. Aestate.

MILIUM. *Lin. gen. 85.*

*Cal. 2* valvis uniflorus: valvulis subaequalibus.  
*Cor. brevissima. Stigmata penicilli-formia.*

137. *MILIUM effusum* floribus paniculatis dispersis muticis. *Lin. syst. ed. R. I. p. 168.*

*Milium paniculis raris, petiolis longissimis. Hall. helv. n. 1525.*

In pratis prope *Briselang* passim, ad *Friedrichsfelde* rarius. Julio.

STIPA. *Lin. gen. 96.*

*Cal. 2* valvis uniflorus. *Cor. 2* valvis valvula exteriori terminali, basi articulata.

138. *STIPA pennata* aristis lanatis. *Lin. syst. ed. R. I. p. 218.*

In collibus arenosis versus *Spandau hinterm Stern* & in plantariis versus *Falkenhagen* frequens. Majo.

*b. Gramina floribus bifloris vagis.*

HOLCUS. *Lin. gen. 1252.*

♀. *Cal. gluma 1* vel 2 flora. *Cor. gluma aristata. Semen unicum.*

♂. *Cal. gluma 2* valvis, altera valvula infra api-



139. *HOLCUS mollis* glumis bifloris nudiusculis: flosculo hermaphrodito mutico, masculo arista geniculata. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 308.*

Inter *Spandau & Tegel*, in der *Juugfernheide* locis apricis frequens, prope *Rummelsburg* rarius. Junio. Julio.

140. *HOLCUS lanatus* glumis bifloris, hermaphrodito mutico, masculo arista recurva. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 308.*

In pascuis, pratis, agrorum versuris, & nemoribus copiose. Junio. Julio.

141. *HOLCUS odoratus* glumis trifloris muticis acuminatis: hermaphrodito diandro. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 310.*

In prato unico ad *Henningsdorf* passim. Julio.

Culmus pedalis teres sulcatus, geniculis & foliis tribus, superne nudus. Folia uncialia lanceolata nervosa glabra, vaginis inflatis, superne dimidiatis. Panicula mediocris: racemulis geminatis, alternis longe pedunculatis: glumis trifloris bivalvibus subrotundis acuminatis: medio flosculo hermaphrodito diandro, binis lateralibus masculis triandris.

Facile a congeneribus glumis splendide flavescens distinguendus.

AIRA. *Lin. gen. 87.*

*Cal. 2* valvis 2 florus interdum rudimento tertii floris. *Cor. 2.* valvis: altera valvula saepe

\* *Muticae.*

142. *AIRA caerulea* panicula coarctata, floribus pedunculatis muticis convoluto-subulatis, foliis planis. *Lin. spec. plantar.* 2. p. 95. *Leers herborn.* 58. t. 4. f. 7. *Wiggers primit.* 7. n. 69.

*Melica caerulea* panicula coarctata, floribus cylindricis. *Lin. syst. ed. R.* 1. p. 183.

β. Gramen paniculatum autumnale, panicula ampliore e viridi-nigricante. *Scheuchz. agrost.* 207.

In pratis humidis ad *Schoeneberg*, *Spandau hinterm Gewehrplan*, im *Thiergarten*, *Papenberg* & alibi frequens. Augusto.

143. *AIRA nutans* panicula indivisa nutante. *Wiggers primit.* 7. n. 68.

*Melica nutans* petalis imberbibus, panicula nutante simplici. *Lin. syst. ed. R.* 1. p. 182.

In den *Papenberg* locis umbrosis frequens. Majo. Junio.

Omnes *Melicae* species hic crescentes, ad hoc genus amandavi, quum rudimentum tertii floris rarissime adest, & aliis *Airae* speciebus interdum proprium. *Melica* vero ciliata ad *Arundinis* genus pertinet, hic nondum observata.

144. *AIRA cristata* panicula spicata, calycibus pedunculo longioribus, petalis subaristatis inaequalibus. *Lin. spec.* 94. *Huds. angl. ed.* 2. tom. I. p. 33.

*Poa cristata* panicula spicata, calycibus subpilosis subquadrifloris pedunculo longioribus, petalis aristatis. *Lin. syst. ed. R. I. p. 193.*

In pratis ficcioribus *im Thiergarten* inque collibus apricis, versuris agrorum & alibi frequens. Majo. Junio.

Culmus in pratis pedalis & sesquipedalis; locis ficcioribus digitalis & spithameus. Glumae calycinae biflorae, rarius triflorae, rarissime quadriflorae. Antherae violaceae.

Confer. *Leers herborn. 73. t. 5. fig. 6. (figura non optima.)*

145. *AIRA aquatica* panicula patente, floribus muticis laevibus calyce longioribus, foliis planis. *Lin. syst. ed. R. I. p. 177.*

Ad ripas fluviorum *im Thiergarten* & alibi passim. Julio.

\*\* *Aristatae.*

146. *AIRA caespitosa* foliis planis, panicula patente, petalis basi villosis aristatisque, arista recta brevi. *Lin. syst. ed. R. I. p. 178.*

In pratis locisque humidis frequens. Aestate.

147. *AIRA canescens* foliis setaceis: summo spathaceo paniculam inferne involvente. *Lin. syst. ed. R. I. p. 180.*

*Avena diantha*, foliis setaceis, panicula stricta, aristis clavatis. *Hall. helv. 1483. Avena canescens. Wiggers primit. 9. n. 99.*

In campis arenosis ubique copiose, Julio.

148. *AIRA praecox* foliis fetaceis: vaginis angulatis, floribus paniculato-spicatis, flosculis basi aristatis. *Lin. syst. ed. R. I. p. 180.*

*Avena pusilla* panicula contracta, calycibus bifloris, aristis subulatis. *Wiggers primit. 9. n. 100.*

*In der Jungfernheide in via versus Spandau passim. Aprili.*

149. *AIRA coryophyllea* foliis fetaceis, panicula divaricata, floribus aristatis distantibus. *Lin. syst. ed. R. I. p. 180.*

*Avena coryophyllea* panicula divaricata, calycibus bifloris aristis subulatis. *Wiggers primit. 10. n. 101.*

*In der Hasenheide versus den Rollbergen frequens. Majo.*

Non male has ultimas tres species, ad Avenae genus duxit *Celeb. Wiggers.*

c. *Gramina floribus multifloris vagis.*

POA. *Lin. gen. 89.*

*Cal. 2 valvis multiflorus. Spicula ovata, valvulis margine scariosis acutiusculis.*

150. *POA aquatica* panicula diffusa, spiculis sexfloris linearibus. *Lin. syst. ed. R. I. p. 184.*

*Ad ripas fluviorum frequens. e. g. im Thiergarten &c. Junio. Julio.*

*Variat spiculis 5 ad 10 floris.*

*F. i. n. s. i. m.*

151. *Poa trivialis* panicula subdiffusa, spiculis trifloris basi pubescentibus, culmo erecto tereti. *Lin. syst. ed. R. I. p. 185.*

In pratis, pascuis, nemoribus, hortis, inque urbe ipsa frequens. Junio.

152. *Poa pratensis* panicula diffusa, spiculis quinquefloris glabris, culmo erecto tereti. *Lin. syst. ed. R. I. p. 186.*

In pratis fertilibus passim. Julio.

Spiculae ovato-acutae quinqueflorae, glabrae, valvularum apice fuscae. *Leers herborn. 68. t. 6. f. 4.*

*Poa pratensis* *Leysser fl. halens. 21. n. 91.* est *Poa dubia* *Leers herborn. 69. t. 6. f. 5.*

153. *Poa dubia* panicula diffusa, spiculis ovatis obtusis subtrifloris basi pubescentibus, vaginis foliisque subtus scabris. *Leers herborn. 69. t. 6. f. 5.*

In pratis passim. Junio. Julio.

Spiculae ovato-obtusae 2. 3. vel 4. florum.

154. *Poa annua* panicula diffusa angulis rectis, spiculis obtusis, culmo obliquo compresso. *Lin. syst. ed. R. I. p. 187.*

In cultis, hortis, viis, plateis urbis, ubique fere copiosissime. omni tempore.

155. *Poa nemoralis* panicula attenuata, spiculis subbifloris mucronatis scabris, culmo incurvo. *Lin. syst. ed. R. I. p. 191.*

In nemoribus umbrosis ad *Tegel, im Thiergarten*

156. *POA bulbosa* panicula secunda patentiuscula, spiculis quadrifloris. *Lin. syst. ed. R. 1. p. 191.*

8. Gramen arvense panicula crispa. *Bauh. pin. 3. (vivipara.)*

*In der Hasenheide, Jungfernheide, Thiergarten aliisque locis passim. Majo.*

157. *POA compressa* panicula coarctata secunda, culmo obliquo compresso. *Lin. syst. ed. R. 1. p. 190.*

*In urbe ipsa versus portam Strahlowianam ad sepes rarius. Junio. Julio.*

*BRIZA. Lin. gen. 90.*

*Cal. 2. valvis multiflorus. Spicula disticha valvulis cordatis obtusis: interiore minuta.*

158. *BRIZA media* spiculis ovatis calyce flosculis (7.) brevioribus. *Lin. syst. ed. R. 1. p. 194.*

*In pratis ficcioribus, nemorosis frequens. e. g. im Thiergarten, Papenberg, ad Tegel, Reineckendorf &c.*

*CYNOSURUS. Lin. gen. 93.*

*Receptaculum proprium unilaterale, foliaceum.*

*Cal. 2 valvis, multiflorus.*

159. *CYNOSURUS cristatus* bracteis pinnatifidis. *Lin. syst. ed. R. 1. p. 198.*

*In pratis, pascuis locisque humidis satis frequens. Junio.*

*DACTYLIS. Lin. gen. 92.*

*Cal. 2 valvis 2 vel 3 florus; altera valvula majori carinata. Cor. 2 valvis altera valvula*

160. *DACTYLIS glomerata* panicula secunda glomerata. *Lin. syst. ed. R. I. p. 197.*

*Bromus glomeratus* spiculis quadrifloris, glomeratis asperis. *Scop. carn. ed. 2. I. p. 76. n. III.*

In nemorosis, locis cultis, ad vias, alibique copiose. Junio. Julio.

FESTUCA. *Lin. gen. 94.*

*Cal. 2 valvis. Spicula oblonga teretiuscula glumis acuminatis.*

\* *Panicula secunda.*

161. *FESTUCA ovina* panicula secunda coarctata aristata, culmo tetragono nudiusculo, foliis fetaceis. *Lin. syst. ed. R. I. p. 202.*

*Bromus ovinus* culmo tenui erecto; foliis fetaceis; panicula coarctata erecta; racemis solitariis; calyce flosculis brevioribus; petalo interiore bifido; femine colorato; stylis in lanam fatiscentibus. *Scopol. carn. ed. 2. I. p. 77. n. III2.*

Locis arenosis siccis *im Thiergarten, Jungferneheide &c.* copiosissime. Majo. Junio.

162. *FESTUCA rubra* panicula secunda scabra, spiculis sexfloris aristatis: flosculo ultimo mutico, culmo semi tereti. *Lin. syst. ed. R. I. p. 203.*

Iisdem locis eodemque tempore passim.

163. *FESTUCA duriuscula* panicula secunda oblonga, spiculis sexfloris oblongis laevibus, foliis fetaceis. *Lin. syst. ed. R. I. p. 204.*

*Ad Friedrichsfelde, Rummelsburg* passim. Junio

\*\* *Panicula aequali.*

164. *FESTUCA decumbens* panicula erecta, spiculis subovatis muticis, calyce flosculis majore, culmo decumbente. *Lin. syst. ed. R. I. p. 206.*

*In der Jungfernheide rarius. Junio.*

165. *FESTUCA elatior* panicula secunda erecta, spiculis subaristatis, exterioribus teretibus. *Lin. syst. ed. R. I. p. 207.*

*In pratis fertilibus ad Rummelsburg, Schoenhau- sen, Thiergarten, Spandau passim. Aestate.*

166. *FESTUCA fluitans* panicula ramosa erecta, spiculis subfessilibus teretibus muticis. *Lin. syst. ed. R. I. p. 207.*

*Festuca amphibia. Lüders Nomencl. fl. march. p. 11.*

*In aquis stagnantibus, fossis, pratisque udis fre- quens. Aestate.*

*Offic. (Semina Graminis Mannae.)*

*BROMUS. Lin. gen. 95.*

*Cal. 2 valvis. Spiculae oblongae distichae: aristis infra apicem.*

167. *BROMUS secalinus* panicula patente, spiculis ovatis: aristis rectis, seminibus distinctis. *Lin. syst. ed. R. I. p. 208.*

*In agris fecaliniis beim Gesundbrunnen & alibi fre- quens. Junio. Julio.*

168. *BROMUS mollis* panicula erectiuscula, spicis ovatis pubescentibus aristis rectis, foliis mol- lissime villosis. *Lin. syst. ed. R. I. p. 209.*

*Minutus vix digitalis spiculis quatuor.*



Ad vias, inque versuris agrorum copiose.

Varietas  $\beta$ . locis humidis *in der Jungferuheide* passim. Majo. Junio.

169. *BROMUS inermis* panicula erecta, spiculis subteretibus subulatis nudis submuticis. *Lin. syst. ed. R. I. p. 210.*

*Festuca speciosa* panicula diffusa, spiculis teretibus subulatis muticis aristatisque. *Schreb. spicil. fl. lips. 59. n. 1004.*

*Festuca Leysseri* locustis teretibus, multifloris, glumis semimembranaceis, breviter aristatis. *Moench hass. I. p. 41. n. 82.*

Prope *Spandau* ad agrorum margines, ibidemque *auf dem Werder* passim. Junio, Julio.

Certo Bromi species, nec *Festuca*.

170. *BROMUS sterilis* panicula patula, spiculis oblongis distichis, glumis subulato-aristatis. *Lin. syst. ed. R. I. p. 212.*

*Im Thiergarten* & prope *Spandau* passim. Aestate.

171. *BROMUS arvensis* panicula nutante, spiculis ovaro-oblongis. *Lin. syst. ed. R. I. p. 212.*

$\beta$ . Totus ruber.

Ad margines agrorum, sepes alibique passim. Aestate.

172. *BROMUS tectorum* panicula nutante, spiculis linearibus. *Lin. syst. ed. R. I. p. 213.*

In tectis stramineis, locis siccis, ad vias, sepes inque versuris agrorum copiose. Junio.

173. *BROMUS giganteus* panicula nutante spiculis quadrifloris, aristis brevioribus. *Lin. syst. ed. R. I. p. 214.*

Ad sepes prope *Fridrichsfelde* & in den *Papenbergen* passim. Junio.

174. *BROMUS gracilis* culmo indiviso, spica nutante: spiculis alternis remotis teretibus subulatis glabris aristatis. *Leyss. halens. 26. n. 116.*

*Bromus gracilis* spica terminali debili, spiculis alternis remotis teretibus subulatis glabris, aristis longioribus. *Weigel. observ. botan. 15. tom. I. fig. 11.*

In nemorosis umbrosis ad *Tegel* rarius. Julio.

175. *BROMUS pinnatus* culmo indiviso, spiculis alternis subsessilibus teretibus subaristatis. *Lin. syst. ed. R. I. p. 216.*

*Bromus pinnatus* spiculis sessilibus, culmo indiviso, aristis folliculi gluma brevioribus. *Pollich. pal. I. p. 117. n. 117.*

In den *Papenbergen*, & ad *Tegel* copiose. Junio.

AVENA. *Lin. gen. 97.*

*Cal. 2* valvis, multiflorus: arista dorsali tortili in medio geniculata.

176. *AVENA elatior* paniculata, calycibus bifloris, flosculo hermaphrodito submutico, masculo aristato. *Lin. syst. ed. R. I. p. 221.*

*Holcus avenaceus* calycibus bifloris, arista floris masculi dorsali refracta. *Wiggers primit. 72.*

In pratis pinguibus ad *Fridrichsfelde*, *Pancko*,  
*im Thiergarten* & alibi frequens. Junio,  
Julio.

177. *AVENA sativa* paniculata, calycibus dispermis,  
feminibus laevibus altero aristato. *Lin. syst.*  
*ed. R. I. p. 222.*

Culta passim occurrit. Aestate.

178. *AVENA orientalis* panicula coarctata secunda,  
spiculis bifloris horizontalibus parallelis, fe-  
minibus laevibus. *Schreb. spicil. 52. n. 987.*

In agris frequens colitur. Aestate.

179. *AVENA fatua* paniculata, calycibus trifloris,  
flosculis omnibus aristatis basi que pilosis. *Lin.*  
*syst. ed. R. I. p. 223.*

Inter segetes, praecipue inter fecale frequens,  
Julio. Augusto.

180. *AVENA pubescens* subspicata, calycibus sub-  
trifloris basi pilosis, foliis planis pubescenti-  
bus. *Lin. syst. ed. R. I. p. 223.*

Circum *Spandau* copiose. Junio.

181. *AVENA flavescens* panicula laxa, calycibus tri-  
floris brevibus, flosculis omnibus aristatis,  
*Lin. syst. ed. R. I. p. 224.*

In der *Hafenheide* frequens. Junio. Julio.

182. *AVENA pratensis* subspicata, calycibus quin-  
quefloris. *Lin. syst. ed. R. I. p. 225.*

*Avena pratensis* panicula simplici, glumis quin-  
quefloris, foliis involutis nudis. *Huds. angl.*  
ad 2. I. p. 52. n. 3.

Ad viam versus *Staaken* rarissime. Junio.

ARUNDO. *Lin. gen.* 99.

*Cal.* 2 valvis. *Flosculi* congesti. *Cor.* lanata.

183. ARUNDO *Phragmitis* calycibus quinquefloris, panicula laxa. *Lin. syst. ed. R. I. p.* 227.

In fluviis, lacubus, fossis, aquisque stagnantibus copiose. Augusto.

184. ARUNDO *epigejos* calycibus unifloris, panicula erecta, foliis subtus glabris. *Lin. syst. ed. R. I. p.* 228.

*Im Thiergarten, prope Reineckendorf, Spandau auf den Schülerbergen, in der Spandauerheide ad littora der Spree & alibi copiose, Julio, Augusto.*

Differt ab. *Arundine Phragmitide*

- 1) Panicula coarctata.
- 2) Aequali nec secunda.

ab. *Arundine arenaria.*

- 1) Panicula subramosa, nec spicata.
- 2) Panicula foliis longiore.

185. ARUNDO *Calamagrostis* corollis lanuginosis, calycibus unifloris laevibus, culmo ramoso. *Lin. syst. ed. R. I. p.* 228.

Ad margines agrorum *beim Gesundbrunnen*, in pratis paludosis *der Spandauerheide*, alibi frequens. Julio.

Differt ab. *Arundine epigejos*

- 1) panicula tenuiori,
- 2) calycibus obtusis, nec longe acuminatis,
- 3) calycibus stramineis, nec margine

186. ARUNDO *Agrostis* panicula oblonga, calycibus unifloris, petalo exteriori basi aristato. *Wiggers primit.* 10. n. 104. *Scop. carn. ed. 2.* n. 126.

*Agrostis arundinacea* panicula oblonga, petalo exteriori basi villoso aristaque torta calyce longiore. *Lin. syst. ed. R. 1.* p. 171.

*In der Jungfernheide* ad viam a *Tegel* ad *Spandau* locis apricis passim. Julio.

Calyx bivalvis muticus glaber, uniflorus. Corolla bivalvis, valvula exterior major glabra, basi aristata: arista longa tortili, valvula interior minor obtusa, extus lanata.

187. ARUNDO *Halleri* panicula incrassata, calycibus unifloris, petalo exteriori bifido, apice aristato, arista brevissima.

Arundo locustis unifloris, ex summa gluma aristatis. *Hall. helv. n. 1521.*

*Agrostis Calamagrostis* panicula incrassata, petalo exteriori toto lanato apice aristato, culmo ramoso. *Lin. syst. ed. R. 1.* p. 171. *Leers herborn. app. p. 285.*

*In der Jungfernheide* rarissime. Julio.

Calyx bivalvis glaber, acuminatus, corolla multo major. Corolla bivalvis valvula exterior major apice bifida, brevissime aristata, tota lana longissima aequali cincta.

LOLIUM. *Lin. gen. 101.*

*Cal. 1* phyllus fixus multiflorus.

188. *LOLIUM perenne* spica mutica, spiculis compressis multifloris. *Lin. syst. ed. R. I. p. 230.*

β. Gramen loliaceum spica lata ex plurimis spicis duplici versus dispositis constante. *Scheuchz. agrost. 29. t. 2.*

In ambulacris hortorum, pascuis ficcis, ad vias copiosissime. Aestate.

189. *LOLIUM tenue* spica mutica tereti, spiculis trifloris. *Lin. syst. ed. R. I. p. 230.*

*Unter den Linden* in urbe ipsa semel legi. Aestate.

Forse varietas antecedentis.

190. *LOLIUM temulentum* spica aristata, spiculis compressis multifloris. *Lin. syst. ed. R. I. p. 231.*

Inter segetes frequens. Junio. Julio.

d. *Gramina spicata: receptaculo subulato.*

*ELYMUS. Lin. gen. 102.*

*Cal. 2 valvis, lateralis, aggregatus, multiflorus.*

191. *ELYMUS europaeus* spica erecta: spiculis bifloris, involuero aequalibus. *Lin. syst. ed. R. I. p. 233.*

Hordeum spicis rigidis cylindricis, calycinis glumis aristatis. *Hall. helv. n. 1527.*

*Hordeum cylindricum. Murray prodrom. 43.*

*Reich. fl. meusem. p. 72.*

*In der Jungfernheide*, unico tantum loco copiose. Julio, Augusto.

SECALE. *Lin. gen.* 103.

*Cal.* oppositus 2 valvis 2 florus solitarius.

192. SECALE *cereale* glumarum ciliis scabris. *Lin. syst. ed. R. I. p.* 234.

Cultum copiosissime obvium. Aestate.

HORDEUM. *Lin. gen.* 104.

*Cal.* lateralis, bivalvis, uniflorus, ternus.

193. HORDEUM *vulgare* flosculis omnibus hermaphroditis aristatis; ordinibus duobus exterioribus. *Lin. syst. ed. R. I. p.* 235.

Colitur hic frequens. Aestate.

*Offic.* Semina decorticata sub nomine Hordeum perlatum.

194. HORDEUM *hexastachyon* flosculis omnibus hermaphroditis aristatis, seminibus sexfariam positis. *Lin. syst. ed. R. I. p.* 235.

Passim cultum occurrit. Aestate.

195. HORDEUM *murinum* flosculis lateralibus masculis longe aristatis, involucris omnibus scabris, intermediis ciliatis.

*Hordeum murinum* flosculis lateralibus masculis aristatis, involucris intermediis ciliatis. *Lin. syst. ed. R. I. p.* 237. *α.*

Ad vias, fossas, in pratis, ubique fere copiosissime. Aestate.

196. *HORDEUM secalinum* flosculis lateralibus masculis breviter aristatis, involucris omnibus scabris, intermediis nudis.

*Hordeum secalinum* flosculis lateralibus masculis aristatis, involucris fetaceis scabris. *Schreb. spicil.* 148. n. 1167.

*Hordeum murinum.* *Lin. syst. ed. R. 1. p. 237. β.*  
Ad pagos, sepes, inque pratis passim. Julio. Augusto.

TRITICUM. *Lin. gen.* 105.

*Cal.* 2 valvis solitarius, subtriflorus. *Corolla*  
2 valvis obtusa *Receptaculi* basis callosa.

197. *TRITICUM aestivum* calycibus quadrifloris ventricosis, glabris, imbricatis, aristatis. *Lin. syst. ed. R. 1. p. 233.*

Colitur hinc inde. Aestate.

198. *TRITICUM hybernum* calycibus quadrifloris ventricosis laevibus imbricatis submuticis. *Lin. syst. ed. R. 1. p. 238.*

Cultum passim vidi. Aestate.

199. *TRITICUM repens* calycibus quadrifloris subulatis acuminatis, foliis planis. *Lin. syst. ed. R. 1. p. 241.*

In agris, cultis, hortisque copiosissime. Aestate.  
*Offic.* Radix Graminis minoris.

TRIGYNIA.

MONTIA. *Lin. gen.* 107.

*Cal.* 2 phyllus. *Cor.* 1 petala irregularis. *Capsf.*



200. *MONTIA fontana* foliis oblongo-ovatis, subcarnosis; pedunculis unifloris, fructiferis deflexis. *Moench. haff.* 1, n. 109. *Lin. syst. ed. R.* 1. p. 244.

Locis humidis ad *Stegliz* frequens. Majo.

*HOLOSTEUM.* *Lin. gen.* 110.

*Cal.* 5 phyll. *Cor.* 5 petala. *Caps.* 1 locularis subcylindrica, apice dehiscens.

201. *HOLOSTEUM umbellatum* floribus umbellatis. *Lin. syst. ed. R.* 1. p. 246.

Ad sepes inque agris & arvis frequens. Aprili. Majo.

---

## CLASSIS IV.

TETRANDRIA  
MONOGYNIA.

a. Flores aggregati, monopetali, monospermï, superi.

DIPSACUS. *Lin. gen.* 120.

*Cal.* communis polyphyllus: proprius superus.  
*Receptaculum* paleaceum.

202. DIPSACUS *pilosus* foliis petiolatis appendiculatis. *Lin. syst. ed. R. I. p.* 275.

Ad Schoeneberg rarius. Julio. Augusto.

SCABIOSA. *Lin. gen.* 121.

*Cal.* communis polyphyllus: proprius duplex superus. *Receptacul.* paleaceum. f. nudum.

\* *Corollis quadrifidis.*

203. SCABIOSA *Succisa* corollis quadrifidis aequalibus, caule simplici, ramis approximatis, foliis lanceolato-ovatis. *Lin. syst. ed. R. I. p.* 277.

β. Caule prolifero.

γ. *Succisa hirsuta.* *Bauh. pin.* 369.

•. Flore albo.

In pratis nemorosis humidis frequens. e. g. prope Spandau in der Jungfernheide &c. Julio.

*Offic.* Radix Morfus Diaboli. f. Succifae. (*Herba Succifae.*)

204. SCABIOSA *arvensis* corollis quadrifidis radiantibus, foliis pinnatifidis incis, caule hispido. *Lin. syst. ed. R. I. p. 279.*

In versuris agrorum, pascuis, pratis siccis, similibusve locis frequens. Junio. Julio.

Foliorum figura valde variabilis.

*Offic.* Herba Scabiofae. (*Radix & Flores.*)

\*\* *Corollis quinquefidis.*

205. SCABIOSA *columbaria* corollis quinquefidis radiantibus, foliis radicalibus ovatis crenatis, caulinis pinnatis fetaceis. *Lin. syst. ed. R. I. p. 280.*

In agris, arvis, pascuis, agrorum versuris passim. e. g. *in den Papenberg, versus Schoenberg, Spandau &c.* Julio. Augusto.

*b. Flores stellati, monopetali, dicocci, superi.*

ASPERULA. *Lin. gen. 128.*

*Cor. 1* petala infundibuliformis. *Sem. 2.* globosa.

206. ASPERULA *odorata* foliis octonis lanceolatis, florum fasciculis pedunculatis. *Lin. syst. ed. R. I. p. 294.*

*Im Briselang* locis nemorosis humidis umbrosis frequens. Majo.

*Offic.* Herba Matrisylvae, f. Hepticae stellatae.

TETRANDRIA MONOGYNIA. 67

207. *ASPERULA tinctoria* foliis linearibus: inferioribus fenis; intermediis quaternis, caule flaccido, floribus plerisque trifidis. *Lin. syst. ed. R. i. p. 295.*

*In den Papenbergen frequens. Majo. Junio.*

208. *ASPERULA cynanchica* foliis quaternis linearibus: superioribus oppositis, caule erecto, floribus quadrifidis. *Lin. syst. ed. R. i. p. 296.*

*In collibus apricis ad Fridrichsfelde, Rummelsburg, prope Spandau auf dem Schülerberg & alibi frequens. Aestate.*

*Offic. (Herba Cynanchica.)*

GALIUM. *Lin. gen. 132.*

*Cor. 1 petala plana. Sem. 2, subrotunda.*

\* *Fructu glabro.*

209. *GALIUM palustre* foliis quaternis obovatis inaequalibus, caulibus diffusis. *Lin. syst. ed. R. i. p. 299.*

*Ante portam Halensem, ad Strahlau & alibi humidis uliginosisque locis satis frequens. Junio.*

210. *GALIUM uliginosum* foliis fenis lanceolatis retrorsum ferratoaculeatis mucronatis rigidis, corollis fructu majoribus. *Lin. syst. ed. R. i. p. 300.*

*In pratis paludosis, ad fossas passim. Junio.*

211. *GALIUM spurium* foliis fenis lanceolatis cari-

plicibus, fructibus glabris. *Lin. syst. ed. R.*

*I. p. 301.*

*Im Thiergarten* locis nemorosis & alibi passim.  
Aestate.

212. *GALIMUM verum* foliis octonis linearibus sulcatis, ramis floriferis brevibus. *Lin. syst. ed. R. I. p. 302.*

In nemoribus, pascuis, pratis, dumetis copiose.  
e. g. *im Thiergarten, Jungfernheide, Hasenheide, Spandauerheide* &c. Junio. Julio.

*Offic. (Herba Galii lutei florens.)*

\* *Fructu hispido.*

213. *GALIMUM boreale* foliis quaternis lanceolatis trinerviis, glabris, caule erecto, seminibus hispidis. *Lin. syst. ed. R. I. p. 305.*

Iisdem locis frequens. Majo. Junio.

214. *GALIMUM Aparine* foliis octonis lanceolatis carinis scabris retrorsum aculeatis geniculis villosis, fructibus hispidis. *Lin. syst. ed. R. I. p. 306.*

In sepibus, dumetis, ad pagos inque nemoribus frequens, Majo. Junio.

*c. Flores monopetali, monocarpi inferi.*

*PLANTAGO. Lin. gen. 148.*

*Cal. 4* fidus corolla brevior. *Cor. 4* fida: limbo reflexo. *Stam. longissima. Caps. 2* locularis circumscissa.

\* *Scapo nudo.*

215. *PLANTAGO major* foliis ovatis glabris, scapo tereti, spica flosculis imbricata. *Lin. syst. ed. R. I. p. 319.*

β. *Plantago latifolia glabra minor.* *Bauh. pin. 189.*

γ. Foliis dentatis.

Ad vias, in verfuris, pratisque ficcis copiosissime. Aestate.

*Offic. Herba Plantaginis. (Semina Radix.)*

Varietas γ. & ε. *Linnei (Plantaga rosea)* specie a nostra differt, quum *P. major* semper perennis; *P. rosea* vero biennis.

216. *PLANTAGO media* foliis ovato-lanceolatis pubescentibus, spica cylindrica, scapo tereti. *Lin. syst. ed. R. I. p. 319.*

β. *Plantago latifolia hirsuta minor.* *Bauh. pin. 189.*

In viis, pratis pascuisque copiose. Aestate.

Flores odorati, & ad aquam distillatam meliores, istis *Plantaginis majoris*.

217. *PLANTAGO lanceolata* foliis lanceolatis, spica subovata nuda, scapo angulato. *Lin. syst. ed. R. I. p. 321.*

Iisdem locis vulgaris. Aestate.

*Offic. (Herba Plantaginis minoris.)*

\*\* *Caule ramoso.*

218. *PLANTAGO Psyllium* caule ramoso herbaceo, foliis subdentatis recurvatis, capitulis aphyllis. *Lin. syst. ed. R. I. p. 324.*

In agris arenosis inter fegetes copiose. Julio.  
Augusto.

*Offic.* Semen Pfyllii.

CENTUNCULUS. *Lin. gen.* 151.

*Cal.* 4 fidus, corolla longior. *Cor.* 4 fida patens.

*Stam.* brevia: *Capsul.* 1 locularis circumscissa.

219. CENTUNCULUS *minimus* foliis alternis ovatis. *Flor. suec.* 129. 136. *Lin. syst. ed. R. I.* p. 326.

Inter Schoeneberg & Fasanerie in colle arenoso, hinter Falkenhagen, in via versus Bredow passim. Augusto.

d. Flores monopetali, monocarpi,  
superi.

SANGUISORBA. *Lin. gen.* 152.

*Cal.* 2 phyllus. *Germen* inter calycem corollamque.

220. SANGUISORBA *officinalis* spicis ovatis. *Lin. syst. ed. R. I.* p. 327.

Im Thiergarten & Papenberg, in pratis humidis frequens. Julio. Augusto.

*Offic.* (*Radix Pimpinellae italicae, s. Sanguisorbae.*)

e. Flores tetrapetali, superi.

TRAPA. *Lin. gen.* 165.

*Cal.* 4 partit. *Cor.* 4 petala. *Nux* spinis oppositis cincta e calyce ortis

TETRANDRIA MONOGYNIA. 71

221. *TRAPA natans* nucibus quadricornibus: spinis patentibus. *Lin. suppl. pl.* 128. *Lin. syst. ed. R. I.* p. 341.

*Trapa* foliis natantibus, petiolis ventricosis. *Hall. helv.* n. 527.

*In der Müggelsee* prope *Coepnik* frequens. Junio.

*Offic.* (*Nuces aquaticae.*)

CORNUS. *Lin. gen.* 155.

*Involucr.* 4 phyllum. *Petala* superiora 4. *Drupa* nucleo 2 locu'ari.

222. *CORNUS mascula* arborea, umbellis involucrum aequantibus. *Lin. syst. ed. R. I.* p. 331.

*Im Thiergarten* passim. Martio. Aprili.

*Offic.* Fructus Corni.

223. *CORNUS sanguinea* arborea, cymis nudis, ramis rectis. *Lin. syst. ed. R. I.* p. 331.

*In den Papenbergem, Thiergarten & alibi* frequens. Majo. Junio.

*f. Flores incompleti superi.*

VISCUM. *Lin.* 1209.

♂. ♀. ♂. *Cal.* 4 partitus. *Cor.* O. *Fil.* O. *Anth.* calyci adnatae.

♀. *Cal.* 4 phyllus superus. *Cor.* O. *Styl.* O. *Bacca* 1 sperma. *Semen* cordatum.

224. *VISCUM album* foliis lanceolatis obtusis, caule dichotomo, spicis axillaribus. *Lin. syst. ed. R.*



*Im Thiergarten, Grunewald, Hasenheide, Jungfernheide & alibi in pinis, quercubus aliisque arboribus frequens, parasiticum. Aprili. Majo. Offic. Stipites Visci quercini.*

*g. Flores incompleti, inferi*

ALCHEMILLA. *Lin. gen. 177.*

*Cal. 8 fidus. Cor. O. Sem. 1.*

225. ALCHEMILLA *vulgaris* glabra, foliis novem lobatis ferratis.

*Alchemilla vulgaris* foliis lobatis. *Lin. syst. ed.*

*R. 1. p. 349.*

*In pratis pinguibus ad Schoenhausen, Blankfelde infrequens. Junio. Julio.*

*Offic. Herba Alchemillae.*

226. ALCHEMILLA *Aphanes* hirsuta, foliis trilobis, lobis tri- & bipartitis. *Lcers herborn. 54. n. 122.*

*Aphanes arvensis. Lin. syst. ed. R. 1. p. 350.*

*In agris nach der Hasenheide zu, versus Seeburg & alibi frequens. Julio. Augusto.*

URTICA. *Lin. gen. 1149.*

♂—♀. ♂. *Cal. 4 phyllus. Cor. O. Nectar. centrale cyathiforme.*

♀. *Cal. 4 phyllus, foliis 2 oppositis minutissimis. Cor. O. Stigma villosum Sem. 1 nitidum.*

227. URTICA *urens* foliis oppositis ovalibus. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 130.*

*In cultis, hortis, ad vias sepes, & dumeta copiose. Aestate.*

*Offic.* Herba urticae minoris.

228. *URTICA dioica* foliis oppositis cordatis, racemis geminis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 130.*

In ruderatis, pascuis, nemoribus, ad vias & sepes ubique copiosissime. Aestate.

*Offic.* (*Radix, Herba & Semina Urticae majoris.*)

## DIGYNIA.

*BETULA. Lin. gen. 1147.*

♂—♀. ♂. *Ament.* squamis 3. 3 floris. *Cor.* 4 partita.

♀. *Ament.* squamis 3. 2 floris. *Cor.* O. *Semen* saepius utrinque alatum.

229. *BETULA alba* foliis ovatis acuminatis ferratis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 125.*

α. Foliis ovato-triangularibus, glabris: virgulis pendulis.

β. Foliis acute triangularibus, scabris, virgulis erectis.

In nemoribus copiose. Aprili. Majo.

*Offic.* Succus Betulae & Folia.

Numne α & β species distinctae?

230. *BETULA Alnus* foliis subrotundis, glutinosis, glabris, obtuse crenatis, pedunculis ramosis.

*Betula Alnus* pedunculis ramosis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 127.*

β. *Betula quercifolia. Lüders nomencl. fl.*

In humidis nemorosis pratisque copiosissime.  
Variet.  $\beta$ . *im Thiergarten* rarius. Februario.  
Aprili.

*Offic.* Cortex Alni.

In varietate  $\beta$ , folia sunt oblonga sinuata, laciniis obtuse dentatis, illis Quercus Roboris fimillima.

Semina semper absque alis in Betula Alno, non pro charactere generico sufficiunt; quum Betulam americanam apud *Illustr. a Burgsdorfin Tegel* vidi, cui femina uno latere minutissime alata sunt, & quae Betulam & Alnum conjungit.

CUSCUTA. *Lin. gen.* 182.

*Cal.* 4 fidus. *Cor.* 1 petala 4 fida. *Capf.* 2 locularis, circumscissa.

231. CUSCUTA *europaea* floribus sessilibus, confertis, quadrifidis. *Retz. prod. fl. scand.* n. 180.

*Cuscuta europaea* floribus sessilibus. *Lin. syst. ed. R. I. p.* 352.

In agris praecipue inter linum, ad sepes, in canabe, urtica, aliisque plantis frequens. e. g. ad *Strahlow, Spandau &c.* Julio. Augusto.

*Offic.* (Herba Cuscutae.)

### TETRAGYNIA.

ILEX. *Lin. gen.* 184.

*Cal.* 4 dentatus. *Cor.* rotata. *Styl.* O. *Bacca* 4 sperma.

TETRANDRIA TETRAGYNIA. 75

232. ILEX *Aquifolium* foliis ovatis acutis spinosis.  
*Lin. syst. ed. R. I. p. 354.*

*Im Thiergarten prope venatorem aulicum rarius.*  
 Majo.

POTAMOGETON. *Lin. gen. 186.*

*Cal. O. Petala 4. Styl. O. Semina quatuor.*

233. POTAMOGETON *natans* foliis oblongo-ovatis petiolatis natantibus. *Lin. syst. ed. R. I. p. 355.*

*In aquis stagnantibus im Thiergarten & alibi frequens.* Junio.

234. POTAMOGETON *perfoliatum* foliis cordatis amplexicaulibus. *Lin. syst. ed. R. I. p. 355.*

*In der Spree & Havel frequens.* Junio.

235. POTAMOGETON *lucens* foliis lanceolatis planis in petiolos descendentibus. *Lin. syst. ed. R. I. p. 356.*

*In fluviis & lacubus frequens, e. g. versus Spandau prope den Stern, im Grunewalde & prope Strahlow.* Junio.

236. POTAMOGETON *crispum* foliis lanceolatis alternis, oppositisve undulatis serratis. *Lin. syst. ed. R. I. p. 356.*

*In fossis, aquisque stagnantibus im Thiergarten, Jungfernheide inque fluviis copiose.* Majo.

237. POTAMOGETON *compressum* foliis linearibus obtusis, caule compresso. *Lin. syst. ed. R.*

*Im Grunewalde* in fossis lacubusque frequens,  
Junio.

238. POTAMOGETON *gramineum* foliis lineari-  
lanceolatis alternis sessilibus stipula latioribus.  
*Lin. syst. ed. R. I. p. 358.*

Versus *Spandau* prope *den Stern* in fluviis pas-  
sim. Junio.

SAGINA. *Lin. gen. 188.*

*Cal.* 4 phyll. *Cor.* 4 petala. *Caps.* 4 locularis,  
4 valvis polysperma.

239. SAGINA *procumbens* ramis procumbentibus,  
*Lin. syst. ed. R. I. p. 359.*

β. Floribus apetalis.

In pascuis humidis *beim Invalidenhaus*, prope  
*Rummelsburg, Gesundbrunnen* & alibi frequens.

β. in ollis hortulanorum. Aestate.

---

CLASSIS V.

PENTANDRIA  
MONOGYNIA.

a. Flores monopetali, inferi, tetraspermi.

MYOSOTIS. *Lin. gen.* 192.

*Cor.* hypocrateriformis, 5 fida, lobis emarginatis, fauce clausa fornicibus.

240. MYOSOTIS *arvensis* feminibus laevibus, caule ramofo, foliis ovato-lanceolatis hirtis.

*Myosotis annua* caule ramofo, foliis ovato-lanceolatis. *Moench. haff.* n. 153.

*Myosotis scorpioides* feminibus laevibus, foliorum apicibus callofis. *Lin. syst. ed. R. 1.* p. 383. variet.  $\alpha$  *arvensis*.

In agris, arvis, pascuis ubique vernali tempore.

241. MYOSOTIS *scorpioides* caule subsimplici, foliis lineari-lanceolatis, feminibus laevibus.

*Myosotis perennis* caule subramofo, foliis ligulatis. *Moench. haff.* n. 154.

*Myosotis scorpioides*  $\beta$ . *palustris* *Lin. syst. ed. R. 1.* p. 383.

$\alpha$ . Foliis glabris.

In fossis, paludibus, pratis humidis, locisque uliginosis abunde aestate.

242. MYOSOTIS *Lappula* feminibus acuteis glomchidibus, foliis lanceolatis pilosis. *Lin. syst. ed. R. I. p. 384.*

*Im Thiergarten rarius. Junio. Julio.*

LITHOSPERMUM. *Lin. gen. 193.*

*Cal. 5 partitus. Cor. infundibuliformis, fauce perforata nuda.*

243. LITHOSPERMUM *arvense* feminibus rugosis, corollis vix calycem superantibus. *Lin. syst. ed. R. I. p. 385.*

*In agris & arvis copiose. Majo. Junio.*

ANCHUSA. *Lin. gen. 194.*

*Cor. infundibuliformis, fauce clausa fornicibus. Sem. basi insculpta.*

244. ANCHUSA *officinalis* foliis lanceolatis, spicis imbricatis secundis. *Lin. syst. ed. R. I. p. 387.*

*In ruderatis, ad sepes, dumeta & pagos abunde. Junio.*

*Offic. Flores, Radices Buglossi. (Herba.)*

CYNOGLOSSUM. *Lin. gen. 195.*

- Cor. infundibuliformis, fauce clausa fornicibus. Semina depressa, interiore tantum latere stylo adfixa.*

245. CYNOGLOSSUM *vulgare* staminibus corolla brevioribus, foliis lato-lanceolatis tomentosis sessilibus. *Lin. syst. ed. R. I. p. 390.*

PENTANDRIA MONOGYNIA. 79

In ruderatis, nemerosis, ad vias & sepes passim.  
Majo. Junio.

*Offic.* Radix Cynoglossi. (*Herba.*)

PULMONARIA. *Lin. gen.* 196.

*Cal.* prismatico pentagonus. *Cor.* infundibuliformis, fauce pervia pilosa.

246. PULMONARIA *officinalis* foliis radicalibus ovato cordatis scabris. *Lin. syst. ed. R. I.* p. 393.

♁. Pulmonaria non maculoso folio. *Clus. hist.* 2. p. 168.

Locis umbrosis *im Briselang* frequens. Majo.  
*Offic.* Herba Pulmonariae maculosa.

SYMPHYTUM. *Lin. gen.* 197.

*Corollae* limbus tubulato-ventricosus: fauce clausa radiis subulatis.

247. SYMPHYTUM *officinale* foliis ovato-lanceolatis decurrentibus. *Lin. syst. ed. R. I.* p. 394.

In fossis, pratis paludosis *im Thiergarten, Jungfernheide* & alibi copiose. Majo. Junio seq.

*Offic.* Radix Consolidae majoris.

Flores rarissime albi.

BORAGO. *Lin. gen.* 200.

*Cor.* rotata: fauce coronata prominentiis emarginatis.

248. BORAGO *officinalis* foliis omnibus alternis, calycibus patentibus. *Lin. syst. ed. R. I.* p. 327.



In ruderatis interdum, in hortis frequens.  
Junio.

*Offic.* Herba & Flores Boraginis.

ASPERUGO. *Lin. gen.* 201.

*Cal.* fructus compressus: lamellis plano-parallelis, finuatis.

249. ASPERUGO *procumbens* calycibus fructus compressis. *Lin. syst. ed. R. I. p.* 399.

In ruderatis ad pagos v. g. ad *Pancko, Schoenhau- sen, Reineckendorf* & alibi frequens. Majo.

LYCOPSIS. *Lin. gen.* 202.

*Cor.* infundibuliformis, tubo incurvato.

250. LYCOPSIS *pulla* foliis integerrimis, caule erecto, calycibus fructescentibus inflatis pendulis. *Lin. syst. ed. R. I. p.* 400.

*Im Thiergarten* rarissima, semel tantum lecta. Majo.

251. LYCOPSIS *arvensis* foliis lanceolatis hispidis, calycibus florescentibus erectis. *Lin. syst. ed. R. I. p.* 400.

In agris, cultis, inter segetes frequens. Aestate.

ECHIUM. *Lin. gen.* 203.

*Cor.* irregularis, fauce nuda.

252. ECHIUM *vulgare* caule tuberculato, hispido, foliis caulinis lanceolatis, floribus spicatis lateralibus. *Lin. syst. ed. R. I. p.* 403.

♂. Flore albo.

PENTANDRIA MONOGYNIA. 81

In ruderatis, ad vias, margines agrorum, in sepibus, dumetis copiosissime. Aestate.

*b. Flores monopetali, inferi, angiospermi.*

PRIMULA. *Lin. gen. 210.*

*Involucrum* umbellulae. *Cor.* infundibuliformis, ore patulo. *Stigma* globosum.

253. PRIMULA *veris* foliis dentatis rugosis, scapo multifloro, limbo corollarum concavo. *Huds. angl. ed. 2. tom. 1. p. 84. n. 2.*

*Primula veris* foliis dentatis rugosis. *Lin. syst. ed. R. 1. p. 411. α. officinalis.*

*Im Brisciang* copiose, ad *Pancko* passim &c. Majo.

*Offic.* Flores *Primulae veris* f. *Paralyseos*. (*Radix & Herba.*)

MENYANTHES. *Lin. gen. 215.*

*Cor.* hirsuta. *Stigma* bifidum. *Caps.* 1. *locularis.*

254. MENYANTHES *trifoliata* foliis ternatis. *Lin. syst. ed. R. 1. p. 416.*

*Im Thiergarten*, prope *der Charité* & alibi frequens. Majo.

*Offic.* Herba *Trifolii febrini.*

HOTTONIA. *Lin. gen. 216.*

*Cor.* hypocrateriformis. *Stam.* tubo corollae imposita. *Caps.* 1. *locularis.*

255. *HOTTONIA palustris* pedunculis verticillato-multifloris. *Lin. syst. ed. R. I. p. 416.*

In fossis aquisque stagnantibus ad *Schoeneberg*,  
*im Thiergarten*, *Jungfernheide* & alibi copiose. Majo. Junio.

*ANAGALLIS. Lin. gen. 220.*

*Cor. rotata. Stigma capitatum. Caps. I locularis circumscissa.*

256. *ANAGALLIS arvensis* caule procumbente, foliis ovato-lanceolatis calycis segmentis lanceolatis. *Hall. helv. 625.*

*Anagallis arvensis* foliis indivisis, caule procumbente. *Lin. syst. ed. R. I. p. 423. β.*

*Anagallis phoeniceo* flore. *Bauh. pin. 252.*

In agris, arvis, pascuis, cultis, hortisque frequens. Aestate.

*Offic. Herba Anagallidis.*

257. *ANAGALLIS caerulea* caule procumbente, foliis ovato-lanceolatis, calycis segmentis subulatis. *Hall. helv. 626. Schreb. spicil. p. 5.*

*Anagallis arvensis α. Lin. syst. ed. R. 423.*

In agris ad *Schoeneberg* & ante portam *Halensem* rarius. Aestate.

Variat corollis integris ac ferratis.

Certo specie distincta, saepius *A. arvensis* & hanc speciem diversis in ollis variis humi speciebus repletis seminavi, & semper constanter manserunt.

LYSIMACHIA. *Lin. gen.* 219.

*Cor.* rotata. *Stigma* obtusum. *Capsula* 1 locularis, globosa, mucronata, 10 valvis.

\* *Floribus racemosis.*

258. *LYSIMACHIA vulgaris* paniculata: racemis terminalibus. *Lin. syst. ed. R. I. p.* 419.

*Lysimachia* foliis ovato-lanceolatis, spicis paniculatis. *Hall. helv. n.* 630.

Ad latera fossarum, paludum, rivulorum, fluvium & aliis locis copiose. Julio. Augusto.

Variat foliis simpliciter oppositis, ternatis, quaternis, usque quinis.

*Offic.* (*Lysimachiae Herba.*)

259. *LYSIMACHIA thyrsiflora* racemis lateralibus pedunculatis. *Lin. syst. ed. R. I. p.* 420.

*In der Jungfernheide* ad viam versus *Spandau* & *in den Papenbergern an der Havel* frequens.

Folia integerrima sessilia lanceolata racemis longiora. Racemi cylindrici axillares pedunculati.

\*\* *Floribus solitariis.*

260. *LYSIMACHIA Nummularia* foliis subcordatis, floribus solitariis, caule repente. *Lin. syst. ed. R. I. p.* 422.

*In nemorosis humidis, im Thiergarten, Jungfernheide* alibique frequens. Junio. Julio.

*Offic.* *Herba Nummulariae.*

VINCA. *Lin. gen.* 322.

*Contorta.* *Folliculi* 2 erecti. *Sem.* nuda.

261. *VINCA minor* caulibus procumbentibus, foliis lanceolato-ovatis, floribus pedunculatis, *Lin. syst. ed. R. I. p. 593.*

*Im Thiergarten prope venatorem aulicum, ac si spontanea. Aprili. Majo.*

Faux corollae pilosa. Styli bini adglutinati; interdum separati. Variat glandulis ad germen 2. 3. usque 4.

*Offic. Herba Vincae Pervincae.*

CONVOLVULUS. *Lin. gen. 231.*

*Cor. campanulata plicata. Stigmata 2. Capsula 2 locularis: 2 sperma.*

262. *CONVOLVULUS arvensis* foliis sagittatis, utrinque acutis, pedunculis unifloris, calyce nudo.

*Convolvulus arvensis* foliis sagittatis, utrinque acutis, pedunculis subunifloris. *Lin. syst. ed. R. I. p. 434.*

*In agris, arvis, cultis copiose. Aestate.*

*Flores rubri solum argillosum indicant.*

263. *CONVOLVULUS sepium* foliis sagittatis, postice truncatis, pedunculis unifloris bracteatis: bracteis cordatis calyce longioribus.

*Convolvulus sepium* foliis sagittatis postice truncatis, pedunculis tetragonis unifloris. *Lin. syst. ed. R. I. p. 434.*

*Locis humidis ad sepes, dumeta frequens. Aestate.*

VERBASCUM, *Lin. gen.* 262.

*Cor.* rotata subinaequalis. *Fil.* barbata. *Caps.* bilocularis.

264. VERBASCUM *Thapsus* foliis decurrentibus utrinque tomentosis, caule simplici. *Lin. syst. ed. R. I. p.* 492.

Ante portam Halensem & Oranienburgicam in collibus arenosis alibique coiose. Julio, Augusto, *Offic.* Herba & Flores Verbasci.

265. VERBASCUM *Lychnitis* foliis cuneiformibus oblongis. *Lin. syst. ed. R. I. p.* 493.

Ad vias, sepes, dumeta, inque coemeteriis pagorum frequens. Junio. Julio.

266. VERBASCUM *nigrum* foliis cordato-oblongis petiolatis. *Lin. syst. ed. R. I. p.* 494.

In nemorosis, ad vias & pagos abunde. Junio. Julio.

*Offic.* (*Radix Verbasci.*)

Celsiae genus, a Verbasco tantum numero staminum differt, & cum hoc conjungendum.

DATURA, *Lin. gen.* 263.

*Cal.* tubulosus angulatus, deciduus; basi orbiculata persistente. *Cor.* infundibuliformis plicata. *Caps.* 2 locularis 4 valvis.

267. DATURA *Stramonium* pericarpis spinosis erectis ovatis, foliis ovatis glabris. *Lin. syst. ed. R. I. p.* 497.

In ruderatis ad pagos passim. Julio.

*Offic.* Herba & Semina Stramonii. *C.* Datura

Planta narcotica venenata, nuperrime nos experientia virositatem illius docuit. Aestate 1781. prope *Spandau auf dem Gewehrplan* puer a feminibus comefis delirio vitam finivit.

HYOSCYAMUS. *Lin. gen.* 264.

*Cor.* infundibuliformis obtusa. *Stam.* inclinata.  
*Caps.* operculata 2 locularis.

268. HYOSCYAMUS *niger* foliis amplexicaulibus sinuatis. *Lin. syst. ed. R. I. p.* 499.

Ad pagos in ruderatis, & coemeteriis copiose.  
Junio. Julio.

*Offic.* Semina Hyoscyami. (*Radix Herba.*)

SOLANUM. *Lin. gen.* 268.

*Cor.* rotata. *Anth.* subcoalitae, apice poro gemino dehiscentes. *Pomum* biloculare.

269. SOLANUM *Dulcamara* caule inermi frutescente flexuoso, foliis superioribus hastatis, racemis cymosis. *Lin. syst. ed. R. I. p.* 511.

In humidis paludosis, ad fossas *im Thiergarten, Jungfernheide* &c. frequens. Junio. Julio.

*Offic.* Stipites Dulcamarae. (*Radix.*)

270. SOLANUM *tuberosum* caule inermi herbaceo, foliis pinnatis integerrimis, pedunculis subdivisis. *Lin. syst. ed. R. I. p.* 513.

*β.* Flore violaceo.

In agris & hortis copiose cultum. Julio. Augusto.

271. *SOLANUM nigrum* caule inermi, herbaceo, ramis subteretibus asperis, foliis ovatis angulatis glabris, racemis nutantibus.

*Solanum nigrum* caule inermi herbaceo, foliis ovatis dentato angulatis, racemis distichis nutantibus. *Lin. syst. ed. R. I. p. 514. u.*

In ruderatis ad pagos, sepes, locis cultis, ubique. Aestate.

*Offic.* Herba Solani.

272. *SOLANUM villosum* caule inermi herbaceo, ramis teretibus villosis, foliis ovatis angulatis subvillosis, racemis nutantibus.

*Solanum nigrum* v. *villosum*. *Lin. syst. ed. R. I. p. 515.*

In urbe ipsa versus portam Strahlowianam ad sepes in ruderatis frequens. Aestate.

Specie a Solano nigro distincta, semper e femine constans. *Solanum virginicum* vero mihi majori jure, varietas Solani nigri esse videtur.

c. *Flores monopetali superi.*

PHYTEUMA, *Lin. gen. 236.*

*Cor.* rotata 5 partita: laciniis linearibus a basi ad apicem aperientibus. *Stigma* 2 vel 3 fidum. *Capsula* 2 f. 3 locularis polysperma.

273. *PHYTEUMA spicata* spica oblonga, capsulis bilocularibus, foliis radicalibus cordatis. *Lin. syst. ed. R. I. p. 471.*



Rapunculus foliis radicalibus cordatis, tubis bicornibus revolutis. *Hall. helv.* 684.

In pratis prope *Briselang* passim. Majo. Junio.  
Semper flore albo.

CAMPANULA 234.

*Cor.* campanulata, fundo clauso valvis stamini-  
feris. *Stigma* 3 fidum. *Capsula* poris laterali-  
bus dehiscens.

\* *Foliis laevioribus angustioribus.*

274. CAMPANULA *rotundifolia* foliis radicalibus reniformibus, caulinis linearibus. *Lin. syst. ed. R. I. p. 455.*

In nemoribus, pascuis, ad vias, versuras & sepes frequens. Aestate.

275. CAMPANULA *patula* foliis strictis radicalibus lanceolato-ovalibus panicula patula. *Lin. syst. ed. R. I. p. 455.*

In pascuis nemorosis ad *Reineckendorf* & *Tegel* frequens. Junio.

276. CAMPANULA *persicifolia* foliis radicalibus obovatis, caulinis lanceolato-linearibus subserratis sessilibus remotis. *Lin. syst. ed. R. I. p. 456.*

β. Rapunculus nemorosus angusti-folius magno flore. *Bauh. pin.* 93.

In den *Papenberg*en, *Jungfernheide*, prope *Tegel* frequens. Julio. Augusto.

\*\* *Foliis scabris latioribus.*

277. *CAMPANULA latifolia* foliis ovato-lanceolatis, caule simplicissimo tereti, floribus solitariis pedunculatis, fructibus cernuis. *Lin. syst. ed. R. I. p. 418.*

*In den Papenberggen rarius. Julio.*

278. *CAMPANULA rapunculoides* foliis cordato-lanceolatis, caule ramoso, floribus secundis, sparsis, calycibus reflexis. *Lin. syst. ed. R. I. p. 458.*

*In cultis & inter fegetes rarius. Julio.*

279. *CAMPANULA Trachelium* caule angulato, foliis petiolatis, calycibus ciliatis, pedunculis trifidis. *Lin. syst. ed. R. I. p. 460.*

*In sepibus, dumetis, nemoribus. e. g. ad Tegel, Schoeneberg, Reineckendorf &c. passim. Julio. Augusto.*

280. *CAMPANULA glomerata* caule angulato simplici floribus sessilibus, capitulo terminali. *Lin. syst. ed. R. I. p. 460.*

*In den Papenberggen, ad Tegel & alibi frequens. Aestate.*

*d. Flores pentapetali inferi.*

*RHAMNUS, Lin. gen. 284.*

*Cal. tubulosus: squamis oris 5 convergentibus. Cor. O. Bacca subrotunda 3 f. 4 sperma.*

281. RHAMNUS *catharticus* spinis terminalibus, floribus 4 fidis dioicis, foliis ovatis crenatis. *Lin. syst. ed. R. 1. p. 539.*

*Ante portam Halensem im Aufstall, im Thiergarten prope venatorem aulicum & alibi frequens. Majo. Junio.*

*Offic. Baccae Spinae Cervinae.*

282. RHAMNUS *Frangula* inermis, floribus monogynis hermaphroditis, foliis integerrimis. *Lin. syst. ed. R. 1. p. 543.*

*Im Thiergarten, prope Reineckendorf & alibi copiose. Majo. Junio.*

*Offic. Cortex Frangulae.*

EVONYMUS. *Lin. gen. 291.*

*Cor. 5 petala. Capsula 5 gona 5 locularis, colorata. Semina arillata.*

283. EVONYMUS *europaeus* floribus subquadrifidis, fructibus apteris, foliis ovatis acutis ferratis.

*Evonymus europaeus floribus plerisque quadrifidis, foliis sessilibus. Lin. syst. ed. R. 1. p. 554.*

*Im Thiergarten, prope Reineckendorf, in via versus Schoenewald trans pontem lapideum ad fossam & alibi frequens. Majo.*

VITIS. *Lin. gen. 305.*

*Petala apice cohaerentia, emarcida. Bacca 5 sperma supera.*

284. VITIS *vinifera* foliis lobatis sinuatis nudis. *Lin. syst. ed. R. 1. p. 560.*

Frequens culta. Junio.

*Offic.* Succus Baccarum fermentatus.

*e. Flores pentapetali superi.*

RIBES. *Lin. gen.* 301.

*Petala* 5 & *Stamina* calyci inserta. *Stylus* 2 fidus.

*Bacca* polysperma.

285. RIBES *rubrum* inerme, racemis glabris pendulis, floribus planiusculis. *Lin. syst. ed. R. I.* p. 564.

*Im Thiergarten* frequens. Aprili. Majo.

*Offic.* Baccae Ribium rubrorum.

286. RIBES *nigrum* inerme, racemis pilosis, floribus oblongis. *Lin. syst. ed. R. I.* p. 565.

Locis depressis *in der Jungfernheide* passim. Aprili. Majo.

*Offic.* Baccae Ribium nigrorum.

287. RIBES *Grossularia* ramis aculeatis, petiolorum ciliis pilosis, baccis hirsutis. *Lin. syst. ed. R. I.* p. 566.

In nemoribus passim, ad sepem vulgaris. e. g. *im Thiergarten, Jungfernheide* &c. Aprili. Majo.

HEDERA. *Lin. gen.* 304.

*Petala* 5 oblonga. *Bacca* 5 sperma, calyce cinerea.

288. HEDERA *Helix* floribus umbellatis, foliis floralibus ovatis, inferioribus lobatis.

*Hedera Helix* foliis ovatis lobatisque. *Lin. syst.*

*Im Thiergarten, Papenbergen & alibi passim.*  
 Augusto, Septembri.

*Offic. Folia & Refina Hederae arboreae, (Lignum Baccae.)*

Involucrum umbellae minimum.

*f. Flores incompleti inferi.*

ILLECEBRUM. *Lin. gen. 313.*

*Cal. 5 phyllus, cartilagineus. Cor. O. Stigma simplex. Caps. 5 valvis monosperma.*

289. ILLECEBRUM *verticillatum* floribus verticillatis nudis, caulibus procumbentibus. *Lin. syst. ed. R. I. p. 581.*

*Paronychia serpillifolia palustris. Vaill. paris. 157. t. 15. f. 1.*

*In pratis humidis ad Reineckendorf, & Fridrichsfelde copiose. Inter Charlottenburg & Grunewald, prope den Gesundbrunnen alibique frequens. Augusto. Septembri.*

*g. Flores incompleti superi.*

THESIUM. *Lin. gen. 315.*

*Cal. 1 phyllus, cui stamina inserta. Nectaria filiformia calyci inserta erecta. Sem. unicum.*

290. THESIUM *Linophyllum* panicula foliacea, foliis linearibus. *Lin. syst. ed. R. I. p. 585.*

*Im Thiergarten passim. Prope Spandau & in den Papenbergen frequens. Majo. Junio.*

## DIGYNIA.

## a. Flores monopetali inferi.

ASCLEPIAS. *Lin. gen.* 333.

*Contorta. Nectaria* 5 ovata, corniculum exferentia.

291. ASCLEPIAS *Vincetoxicum* foliis cordato-ovatis basi subpilosis, caule erecto, floribus fasciculatis.

*Asclepias Vincetoxicum* foliis ovatis basi barbatis, caule erecto umbellis proliferis. *Lin. syst. ed. R. I. p.* 611.

*In den Papenbergen, auf dem Werder prope Spandau* copiose, prope *Tegel* passim, Junio, Julio.

*Offic.* Radix Vincetoxici.

GENTIANA. *Lin. gen.* 352.

*Cor. I* petala. *Cups.* 2 valvis unilocularis. *Receptaculis* 2 longitudinalibus.

292. GENTIANA *Pneumonanthe* corollis quinquefidis campanulatis oppositis pedunculatis, foliis linearibus. *Lin. syst. ed. R. I. p.* 638.

*Pneumonanthe Cordi.* *Lüders nomcl. fl. march.* 60.

*In pratis humidis ad Spandau, ante portam Halensem, prope Fridrichsfelde & alibi frequens.* Julio, Augusto.

293. GENTIANA *Amarella* corollis quinquefidis hypoc crateriformibus, fauce barbatis. *Lin. syst. ed. R. I. p.* 644.

In pascuis versus *Grunewald* rarissima. Sep-  
tembri.

*Offic.* (*Herba Gentianellae.*)

294. *GENTIANA Centaurium* corollis quinquefi-  
dis infundibuliformibus, caule dichotomo,  
pistillo simplici. *Lin. syst. ed. R. 1. p. 642.*

β. *Centaurium minus palustre ramosissimum, flo-*  
*re purpureo. Vaill. paris. 32. t. 6. f. 1.*

γ. *Centaurium minimum flore inaperta. Vaill.*  
*paris. 32. t. 6. f. 2.*

In pratis ad *Spandau* frequens, alibi passim.  
β. & γ. prope *Charlottenburg* versus *Grune-*  
*wald* passim. Julio.

*Offic.* Herba florens *Centaurii minoris.*

*b. Flores incompleti.*

*ULMUS. Lin. gen. 345.*

*Cal. 5 fidus. Cor. O. Capsula 1 sperma alata.*

295. *ULMUS campestris* foliis duplicato-ferratis,  
basi inaequalibus; floribus subsessilibus con-  
glomeratis.

*Ulmus campestris* foliis duplicato-ferratis basi in-  
aequalibus. *Lin. syst. ed. R. 1. p. 631.*

In plateis & ad vias ante urbem, ad pagos inque  
nemoribus frequens. Aprili. Majo.

*Offic.* Cortex Ulmi. (*Folia.*)

296. *ULMUS effusa* foliis duplicato-ferratis, basi  
inaequalibus; floribus longe pedunculatis

Iisdem locis passim. Aprili. Majo.

Flores 4 plo majores longe pedunculati effusi, a praecedenti diversissimi. Ulmus hollandica, scabra, sativa *Milleri* nil nisi varietates campestris sunt, & cultra ortae; ast nostra species primo intuitu diversa, & constanter manet.

HERNIARIA. *Lin. gen.* 336.

*Cal.* 5 partitus. *Cor.* O. *Stamina* 5 sterilia. *Cap-  
sula* 1 sperma.

297. *HERNIARIA glabra*, glabra glomerulis multifloris. *Lin. syst. ed. R. I.* p. 615.

In pascuis ficcis, locisque apricis glareosis *beim Unterbaum*, ante *portam Halensem*, prope *Fridrichsfelde* & alibi frequens. Junio. Julio. *Offic.* (*Herba Herniariae s. Millegranae.*)

CANNABIS. *Lin. gen.* 1220.

♂ — ♀. ♂. *Cal.* 5 partitus. *Cor.* O.

♀. *Cal.* 1 phyllus, integer, hians. *Cor.* O. *Nux* 2 valvis, intra calycem clausum.

298. *CANNABIS sativa* folis digitatis. *Lin. syst. ed. R. 4.* p. 251.

In ruderatis humidis passim, ante *portam Lipsiensem* frequens. Julio. Augusto. *Offic.* *Sem.* Cannabis.

HUMULUS. *Lin. gen.* 1221.

♂ — ♀. ♂. *Cal.* 5 phyllus. *Cor.* O.

♀. *Cal.* 1 phyllus oblique patens integer. *Cor.* O. *Sem.* 1 intra calycem foliarum



299. HUMULUS *Lupulus*. *Lin. syst. ed. R. 4.*  
p. 252.

*Im Thiergarten, ante portam Halensem im Auf-  
stall, prope Spandau & alibi passim. Plantatus  
ad Schoeneberg occurrit. Julio. Augusto.*

*Offic. Strobili Lupuli. (Radix.)*

ATRIPLEX. *Lin. gen. 1260.*

♂. *Cal. 5 phyllus. Cor. O. Sem. I. compressum.*

♀. *Cal. 2 phyllus. Cor. & Sem. ut in herma-  
phrodito.*

300. ATRIPLEX *rosea* caule herbaceo, foliis inca-  
nis ferratis, fructibus quadrangularibus den-  
tatis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 323.*

*In ruderatis ad pagos passim, ante portam Halen-  
sem in coemeterio & prope Spandau frequens.  
Julio. Augusto.*

301. ATRIPLEX *hortensis* caule erecto herbaceo,  
foliis triangularibus. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 324.*  
β. *Tota rubra.*

*Locis cultis, hortisque frequens. β. passim. Ju-  
lio. Augusto.*

*Offic. (Herba Atriplicis.)*

302. ATRIPLEX *hastata* caule herbaceo: calycinis  
valvulis femineis magnis deltoidibus finuatis,  
foliis triangularibus. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 324.*  
β. *Foliis obtusioribus.*

*In sepibus, ruderatis, ad vias & pagos passim.  
Julio. Augusto.*

303. *ATRIPLEX patula* caule herbaceo patulo, foliis subdeltoideo-lanceolatis, calycibus feminum disco dentatis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 325.*  
In ruderatis, fimetis, ad vias & sepēs frequens.  
Augusto.

CHENOPODIUM. *Lin. gen. 337.*

*Cal. 5 phyllus 5 gonus. Cor. O. Sem. 1 lenticulare superum.*

\* *Foliis angulatis.*

304. *CHENOPODIUM Bonus Henericus* foliis triangulari-sagittatis integerrimis, spicis compositis aphyllis axillaribus. *Lin. syst. ed. R. 1. p. 617.*

Ad pagos, sepēs, inque ruderatis vulgaris; e. g. ad *Pancko, Tegel, Reineckendorf, Neuendorf* &c. Junio, Julio.

*Offic. Herba Boni Henrici.*

305. *CHENOPODIUM urbicum* foliis triangularibus subdentatis, racemis confertis strictissimis, cauli approximatis longissimis. *Lin. syst. ed. R. 1. p. 617.*

Ad pagos in ruderatis rarius v. g. ad *Pancko, Spandau* &c. Augusto.

306. *CHENOPODIUM rubrum* foliis cordato-triangularibus obtusiusculis dentatis, racemis erectis, compositis, subfoliosis, caule brevioribus. *Lin. syst. ed. R. 1. p. 617.*

In ruderatis ad sepēs & pagos frequens. Julio.  
Augusto.

*Offic. (Herba Atriplicis sylvestris.)*

307. CHENOPODIUM *hybridum* foliis cordatis angulato-acuminatis, racemis ramosis nudis. *Lin. syst. ed. R. I. p. 619.*

In sepibus, ruderatis, ad pagos vulgaris. Julio. Augusto.

*Offic. (Herba Pedis anserini secundi.)*

308. CHENOPODIUM *album* foliis rhomboideo-triangularibus erosis postice integris: summis oblongis, racemis erectis. *Lin. syst. ed. R. I. p. 618.*

In cultis, sepibus, ruderatis, plateis urbis, ad pagos copiose. Julio. Augusto.

309. CHENOPODIUM *viride* foliis rhomboideis dentato-sinuatis, racemis ramosis subfoliatis. *Lin. syst. ed. R. I. p. 619.*

Iisdem locis, eodemque tempore copiose.

310. CHENOPODIUM *glaucum* foliis ovato-oblongis repandis, racemis nudis simplicibus glomeratis. *Lin. syst. ed. R. I. p. 621.*

In cultis, fimetis, ad fossas, pagos, in urbe & alibi abunde. Julio. Augusto.

\*\* *Foliis integris.*

311. CHENOPODIUM *vulvaria* foliis integerrimis rhombeo-ovatis, floribus conglomeratis axillaribus. *Lin. syst. ed. R. I. p. 621.*

Ad muros, sepes, vias inque ruderatis frequens. Julio. Augusto.

*Offic. (Herba Vulvariae.)*

312. *CHENOPODIUM polyspermum* foliis integerrimis ovatis, caule decumbente, cymis dichotomis aphyllis axillaribus. *Lin. syst. ed. R. I. p. 621.*

In ruderatis ad *Schoeneberg* rarius, inque hortis ad *Spandau* passim. Junio. Julio.

BETA. *Lin. gen. 338.*

*Cal.* 5 phyllus. *Cor.* O. *Semen* reniforme intra substantiam baseos calycis.

313. *BETA vulgaris* floribus congestis. *Lin. syst. ed. R. I. p. 623.*

Inter olera, locisque cultis; in hortis frequens culta. Julio. Augusto.

SALSOLA. *Lin. gen. 339.*

*Cal.* 5 phyll. *Cor.* O. *Caps.* 1 sperma. *Sem.* cochleata.

314. *SALSOLA Kali* herbacea decumbens, foliis subulatis spinosis, calycibus marginatis axillaribus. *Lin. syst. ed. R. I. p. 624.*

In campis arenosis ante portam *Oranienburgicam* versus *patibulum* copiosissime. Julio. Augusto.

*c. Flores umbellati.*

HYDROCOTYLE. *Lin. gen. 355.*

*Umbella* simplex. *Invol.* 4 phyllo. *Petala* integra. *Semina* orbiculato-compressa.

315. *HYDROCOTYLE vulgaris* foliis peltatis, umbellis quinquefloris. *Lin. syst. ed. R. 1. p. 657.*  
*Im Thiergarten* locis humidis copiose. *In der Jungfernheide*, prope *Tegel* & alibi frequens. Junio. Julio.

CAUCALIS. *Lin. gen. 362.*

*Involucr. integra. Petala inflexo emarginata. Fructus fetis undique hispidis.*

316. *CAUCALIS Anthriscus* foliis bipinnatis laciniis latis, feminis ovali aculeis rectis. *Cranz. austr. p. 226.*

*Tordylium Anthriscus* umbellis confertis, foliolis ovato-lanceolatis pinnatifidis. *Lin. syst. ed. R. 1. p. 665.*

*Im Thiergarten* & alibi frequens, praecipue ad margines nemorum. Junio. Julio.

317. *CAUCALIS Scandicina* foliis tripinnatis feminibus acuminatis. *Wiggers primit. 23. n. 231.*  
*Scandix Anthriscus* feminibus acutis hispidis, corollis uniformibus. *Lin. syst. ed. R. 1. p. 706.*  
*Im Thiergarten* & alibi frequens. Majo. Junio.

DAUCUS. *Lin. gen. 364.*

*Cor. subradiatae. Flosculi disci abortivi. Semen in quatuor angulis hispidum.*

318. *DAUCUS Carota* involucro universali pinnatifido, flosculo centrali nullo. *Wiggers primit. 23. n. 233.*

*Daucus Carota* feminibus omnibus hispidis, petiolis subtus nervosis. *Lin. syst. ed. R. 1. p. 667.*

*In der Hasenheide* copiose, alibique in viis cavis,  
nemoribus passim. Aestate.

*Offic.* Semen Dauci sylvestris.

319. DAUCUS *mauritanicus* involucro universali  
pinnatifido, flosculo centrali sterili carnosio.

*Daucus mauritanicus* feminibus hispidis, flosculo  
centrali sterili carnosio, receptaculo communi  
hemisphaerico. *Lin. syst. ed. R. 1. p. 668.*

*In der Hasenheide* passim. Junio. Julio.

Numne potius varietas praecedentis? Talem  
florem sterilem rubrum carnosum, in Dauco  
lucido & Carota fativa saepius observavi, &  
nimio incremento, vel loco argilloso tantum  
adscribendum.

CONIUM. *Lin. gen. 367.*

*Involucella* dimidiata sub 3 phylla. *Fructus* ellip-  
ticus. *Semina* striis 4 crenulatis.

320. CONIUM *maculatum* caule maculato hispido,  
foliolis pinnatifidis: laciniis dentatis.

*Conium maculatum* feminibus striatis. *Lin. syst.*  
*ed. R. 1. p. 672.*

In ruderatis ad pagos prope *Wilmersdorf*, *Schoe-*  
*neberg* & alibi passim. Julio. Augusto.

*Offic.* Herba Cicutae Stoerkii. (*Semina Conii.*)

SELINUM. *Lin. gen. 368.*

*Petala* cordata aequalia. *Semen* ovatum, com-  
pressum, planus: striis 3 ad 5 elevatis.

- 321 *SELINUM palustre* caule laevi sublaetefcente, radice unica, foliis quadruplicato-pinnatis linearibus.

*Selinum palustre* sublaetefcens, radice unica. *Lin. syst. ed. R. 1. p. 673.*

Locis humidis *im Thiergarten*, prope *Fridrichs-felde* & alibi passim. Julio.

*Offic. (Radix Oelsnitii s. Elsnitii.)*

322. *SELINUM Carvisfolia* caule fulcato acutangulo, foliis triplicato-pinnatis: pinnis latiusculis simplicibus trifidisve, foliolis apice mucronatis.

*Selinum Carvisfolia* caule fulcato acutangulo, involucro universali evanido, pistillis fructus reflexis. *Lin. syst. ed. R. 1. p. 674. suppl. 180.*

In pascuis pratisque subhumidis prope *Schoenberg*, *Fasanerie*, *Reineckendorf* & alibi satis frequens. Julio. Augusto.

Semina trifurcata: fulcis alatis.

ATHAMANTA. *Lin. gen. 369.*

*Petala* inflexa emarginata. *Fructus* ovato-oblongus, convexus, striatus.

323. *ATHAMANTA Cervaria* foliis duplicato-pinnatis, foliolis oblongis obtusis trilobis, dentato-ferratis: ferraturis mucronatis.

*Athamanta Cervaria* foliolis pinnatis decussatis inciso-angulatis, seminibus nudis. *Lin. syst. ed. R. 1. p. 676.*

*In den Papenbergen frequens, prope Tegel & Friedrichsfelde passim. Julio. Augusto.*

Involucrum parziale polyphyllum longitudine umbellae: foliis reflexis lanceolatis, apice fetaceis.

324. *ATHAMANTA Oreoselinum* foliis triplicatopinnatis: foliolis lanceolatis trifidis, integerrimis, divaricatis.

*Athamanta Oreoselinum* foliolis divaricatis. *Lin. syst. ed. R. I. p. 677.*

*Ad Pancko, Rummelsburg, Tegel, Spandau alibi que in apricis siccis frequens. Junio. Julio.*

Involucrum parziale dimidiatum: foliis lanceolatis.

*Offic. Herba Oreoselini, (Radix.)*

*LASERPITIUM. Lin. gen. 374.*

*Petala* patentia emarginata. *Semen* oblongum: angulis membranaceis.

325. *LASERPITIUM prutenicum* foliolis cuneiformi-lanceolatis pinnatifidis integerrimis: extremis coalitis. *Lin. syst. ed. R. I. p. 685.*

*In den Papenbergen frequens. Julio. Augusto.*

*HERACLEUM. Lin. gen. 375.*

*Petala* difformia inflexo-emarginata. *Styli* retroflexi. *Semen* marginatum ellipticum, compressum, emarginatum.

326. *HERACLEUM Sphondylium* foliolis pinnatifidis laevibus, floribus uniformibus. *Lin. syst. ed. R. I. p. 686.*



In sepibus ad pagos passim, inque nemoribus humidis. Julio. Augusto.

*Offic.* Herba Brancae urfinae.

ANGELICA, *Lin. gen.* 377.

*Corollae* aequales, petalis incurvis. *Semen* ovatum, angulatum, alatum, tricostratum.

327. ANGELICA *sylvestris* foliis duplicato-pinnatis, ovatis, serratis. *Hall. helv.* 806.

*Angelica sylvestris* foliolis aequalibus ovato-lanceolatis serratis. *Lin. syst. ed. R. I.* p. 691.

In den Papenberggen frequens, alibi rarius. Julio. Augusto.

*Offic.* (*Radix Angelicae sylvestris.*)

SIUM, *Lin. gen.* 378.

*Corollae* uniformes hermaphroditi. *Petala* cordata. *Semen* ovatum striatum (absque alis, costis & rostro.)

328. SIUM *latifolium* foliis pinnatis argute dentatis, umbellis terminalibus.

*Sium latifolium* foliis pinnatis, umbella terminali. *Lin. syst. ed. R. I.* p. 693.

In aquis stagnantibus, fossis, ripis inundatis fluviorum copiose. Julio.

329. SIUM *angustifolium* foliis pinnatis dentatis, umbellis axillaribus pedunculatis, involucrio universali pinnatifido. *Lin. syst. ed. R. I.* p. 693.

In fossis ad *Fridrichsfelde* rarius. Julio.

330. *Sium nodiflorum* foliis pinnatis: umbellis axillaribus sessilibus, *Lin. syst. ed. R. I. p. 694.*

In fossis *beim Gesundbrunnen* frequens, Julio, Augusto.

331. *Sium Sifarum* foliis pinnatis: floralibus ternatis, *Lin. syst. ed. R. I. p. 694.*

In hortis & agris frequens cultum, Julio, Augusto.

332. *Sium Falcaria* foliis linearibus crenulatis, decurrentibus connatis, *Lin. syst. ed. R. I. p. 694.*

*Sium* foliis firmis, ferratis, pinnatis, nervo folioso latefcente. *Hall. helv. n. 782.*

In agris *beim Gesundbrunnen*, prope *Svandau hinterm Gewehrplan* & vineas versus, frequens. Julio.

OENANTHE. *Lin. gen. 382.*

*Flosculi* difformes, *Styli* erecti persistentes, *Fructus* ellipticus angulatus, decemstriatus, calyce coronatus.

333. *Oenanthe fistulosa* stolonifera, foliis caulinis pinnatis filiformibus fistulosis, *Lin. syst. ed. R. I. p. 699.*

*Oenanthe* foliis radicalibus rotunde lobatis, planis, caulinis fistulosis. *Hall. helv. n. 755.*

In pratis paludosis, fossis, locisque inundatis frequens. e. g. ante portam *Halensem*, in der

PHELLANDRIUM. *Lin. gen.* 383.

*Flosculi* disci minores. *Styli* recurvi persistentes.  
*Fructus* oblongus leviter decemstriatus, calyce  
 coronatus.

334. PHELLANDRIUM *aquaticum* foliorum rami-  
 ficationibus divaricatis. *Lin. syst. ed. R. I.*  
 p. 701.

*Phellandrium aquaticum* caulis dichotomus, aquis  
 immerfus, foliorum ramis divaricatis. *Scop.*  
*carn. ed. 2. n.* 363.

In aquis quietis, fossis. e. g. *im Thiergarten*,  
 prope *Rummelsburg*, *Reineckendorf* & alibi  
 frequens. Julio.

Nostra species semper caule aqua immerfo, nun-  
 quam caule erecto, occurrit. *Halae Saxo-*  
*num* istam semper caule erecto vidi. Num  
 specie differt?

*Offic.* Semen Phellandrii f. Foeniculi aquatici.

CICUTA. *Lin. gen.* 384.

*Flores* hermaphroditi uniformes. *Fructus* subo-  
 vatus, fuleatus.

335. CICUTA *virosa* umbellis oppositi-foljis, pe-  
 tiolis marginatis obtusis. *Lin. syst. ed. R. I.*  
 p. 702.

In lacu prope *Reineckendorf* copiosissime, & alibi  
 passim. Julio. Augusto.

*Offic.* Herba Cicutae aquaticae Wipferi.

AETHUSA. *Lin. gen.* 385.

*Semen* globosum, quatuor fulcis exaratum, inde fructus octogonus.

336. AETHUSA *Cynapium* foliis conformibus.

*Lin. syst. ed. R. I. p.* 703.

In cultis, nemoribusque humidis passim. Julio.

Involucella dimidiata, longissima pendula.

CORIANDRUM. *Lin. gen.* 386.

*Fructus* sphaericus absque striis & fulcis.

337. CORIANDRUM *sativum* fructibus globosis.

*Lin. syst. ed. R. I. p.* 704.

In hortis, locisque cultis, inter olera rarius.

Junio. Julio.

*Offic.* Semen Coriandri.

SCANDIX. *Lin. gen.* 387.

*Petala* cordata. *Styli* recti. *Fructus* oblongus glaber, striatus, rostro terminatus.

338. SCANDIX *Pecten* feminibus rostro longissimo.

*Lin. syst. ed. R. I. p.* 705.

*Myrrhis* feminis cornu longissimo. *Hall. helv.* 754.

Ante portam Halensem semel lecta, in via versus

Rüdersdorf rarius. Julio. Augusto.

339. SCANDIX *Cerese* folium feminibus nitidis ovato-

subulatis, umbellis sessilibus lateralibus. *Lin.*

*syst. ed. R. I. p.* 706.

*Cerese* folium foliis glabris, triplicato-pinnatis, lo-

In cultis, hortis, pomariis frequens. Majo.  
*Offic.* Herba Cerefolii. (*Semina.*)

340. *SCANDIX temula* caule geniculato, scabro:  
 geniculis tumidis, foliis hirsutis, laciniis ob-  
 tusis. *Wiggers primit.* n. 236.

*Chaerophyllum temulum* caule scabro, geniculis  
 tumidis. *Lin. syst. ed. R. I.* p. 710.

In dumetis, sepibus, ruderatis, locisque um-  
 brosis humidis copiose. e. g. *vorn Unterbaum*,  
 prope *Briselang* &c. Aestate.

CHAEROPHYLLUM. *Lin. gen.* 388.

*Petala* inflexo cordata. *Styli* reflexi, *Fructus* levi-  
 ter striatus, attenuatus, laevis.

341. *CHAEROPHYLLUM sylvestre* caule striato, ge-  
 niculis tumidis. *Lin. syst. ed. R. I.* p. 708.

*Cerefolium* foliis triplicato-pinnatis, acute den-  
 tatis, glabris, nervis hirsutis. *Hall. helv.*  
 n. 748.

In nemorosis umbrosis frequens. e. g. *im Thier-*  
*garten bei den Puppen* &c. Majo. Junio.  
*Offic.* (*Herba Cicutariae.*)

SESELI. *Lin. gen.* 390.

*Umbellae* globosae. *Fructus* ovatus striatus.

342. *SESELI tortuosum* caule alto rigido, foliolis  
 linearibus fasciculatis. *Lin. syst. ed. R. I.* p.

715. *Pollich. pal. I.* p. 300. n. 302.

In den *Papenberg*en passim. Augusto.

PASTINACA. *Lin. gen.* 393.

*Petala* involuta integra. *Fructus* ellipticus, compressus, marginatus.

343. PASTINACA *sativa* foliis simpliciter pinnatis.  
*Lin. syst. ed. R. I. p.* 719.

*Pastinaca sylvestris* foliis simpliciter pinnatis hirsutis. *Mill. dict. n.* 1.

β. *Pastinaca sativa* foliis simpliciter pinnatis glabris. *Mill. dict. n.* 2.

In pascuis & pratis passim, frequens culta.  
Aestate.

*Offic.* (*Semina & Radix Pastinacae.*)

ANETHUM. *Lin. gen.* 394.

*Petala* involuta integra. *Fructus* subovatus, compressus, striatus.

344. ANETHUM *graveolens* fructibus compressis.  
*Lin. syst. ed. R. I. p.* 721.

In hortis frequens cultum, Aestate.

*Offic.* *Semina & Herba Anethi.*

345. ANETHUM *Foeniculum* fructibus ovatis. *Lin. syst. ed. R. I. p.* 722.

Frequens cultum occurrit. Aestate.

*Offic.* *Herba & Semina Foeniculi.*

CARUM. *Lin. gen.* 395.

*Petala* carinata inflexo-emarginata. *Fructus* ovato-oblongus, gibbus, striatus.

346. CARUM *Carvi*. *Lin. syst. ed. R. I. p.* 722.

*Apium Carvi* pinnis conjugatis, pinnis circa co-

*Seseli Carum. Scop. carn. ed. 2. n. 361.*

In pratis & pascuis ante portam Halensem, prope Rummelsburg, Spandau hinter den Schüllerbergen & alibi frequens. Majo. Junio.

Offic. Semina Carvi. (Herba.)

PIMPINELLA. Lin. gen. 396.

*Petala inflexa. Styli erecti. Semen ovato-oblongum; striis quinque elevatis.*

347. PIMPINELLA *Saxifraga* caule striato glabro, foliis pinnatis glabris: radicalibus foliolis subrotundis argutedentatis: caulinis bipinnatis linearibus.

*Pimpinella Saxifraga* foliis pinnatis: foliolis radicalibus subrotundis: summis linearibus.

*Lin. syst. ed. R. 1. p. 723.*

β. minor absque foliis caulinis.

In der Hasenheide, Jungfernheide, prope Tegel, Fridrichsfelde, Spandau & alibi copiose. β. locis sterilissimis. Julio. Augusto.

Offic. Radix Pimpinellae albae. (Herba, Semina.)

348. PIMPINELLA *nigra* caule striato piloso, foliis pinnatis villosis: radicalibus foliolis obcordatis incisive obtuse dentatis; caulinis bipinnatis: foliolis cuneiformibus dentatis.

*Pimpinella Saxifraga. β. Lin. syst. ed. R. 1. p. 723.*

*Pimpinella Saxifraga* major altera. Bauh. pin. 159. Riv. t. 81.

In der Jungfernheide & prope Tegel passim. Julio. Augusto.

PENTANDRIA DIGYNIA. III

Diversissima a praecedenti; tota planta villulosa, dentes foliorum obtusissimi, radices caeruleo lactescentes.

*Offic.* Radix Pimpinellae nigrae.

349. PIMPINELLA *magna* foliis uniformibus pinnatis, foliolis omnibus lobatis, impari trilobo.

*Pimpinella magna* foliolis omnibus lobatis: impari trilobo. *Lin. syst. ed. R. I. p. 723.*

Ad Spandau in collibus prope den Pulvermagazinen frequens. Junio. Julio.

APIUM. *Lin. gen. 397.*

*Petala* aequalia. *Flores* disci masculi. *Semina* minuta, ovata, striata.

350. APIUM *Petroselinum* foliolis caulinis linearibus, involucellis minutis. *Lin. syst. ed. R. I. p. 725.*

In hortis frequens colitur. Julio.

*Offic.* Sem. Petroselini & Radix.

351. APIUM *graveolens* foliis caulinis cuneiformibus. *Lin. syst. ed. R. I. p. 726.*

In hortis copiose cultum. Julio.

*Offic.* (*Semen Apii.*)

AEGOPIDIUM. *Lin. gen. 398.*

*Flores* uniformes. *Styli* longitudine corollae. *Semina* ovato-oblonga, gibba, striata.



352. AEGOPIDIUM *Podagraria* foliis caulinis  
summis ternatis. *Lin. syst. ed. R. 1. p. 726.*

Aegopodium foliis inferioribus biternatis sessilibus, caulinis superioribus ternatis. *Necker gallob. p. 153.*

*Ligusticum Podagraria. Cranz austr. p. 200.*

*Seseli Aegopodium. Scop. carn. ed. 2. n. 359.*

*Sium Podagraria. Wiggers primit. 24. n. 245.*

Ad Schoeneberg, Pancko, Schoenhausen, Rummelsburg, Charlottenburg, Spandau & alibi in hortis, locis cultis, ad sepes dumetaque copiose. Junio.

*Offic. (Herba Podagrariae.)*

### TRIGYNIA.

VIBURNUM. *Lin. gen. 400.*

*Cal. 5 partitus superus. Cor. 5 fida. Bacca monosperma.*

353. VIBURNUM *Opulus* foliis lobatis, petiolis glandulosis. *Lin. syst. ed. R. 1. p. 734.*

β. *Viburnum roseum.*

Locis paludosis ante portam Halensem, prope Reineckendorf, Spandau & alibi passim. β. in hortis cultum. Majo.

SAMBUCUS. *Lin. gen. 402.*

*Cal. 5 partitus. Cor. 5 fida. Bacca trisperma.*

354. SAMBUCUS *nigra* cymis quinque partitis, caule arboreo. *Lin. syst. ed. R. 1. p. 737.*

PENTANDRIA TRIGYNIA. 113

In sepibus, dumetis ad pagos vulgaris. Junio.  
*Offic.* Baccae Sambuci & Flores. (*Cortex, Folia, Semina.*)

355. *SAMBUCUS Ebulus* cymis tripartitis, stipulis foliaceis, caule herbaceo. *Lin. syst. ed. R. I. p. 736.*

*Im Thiergarten & alibi rarius.* Junio.  
*Offic.* Baccae & Folia Ebuli. (*Cortex, Flores, Semina.*)

*CORRIGIOLA. Lin. gen. 409.*

*Cal. 5 phyllus. Petala 5. Semen 1. triquetrum.*

356. *CORRIGIOLA littoralis. Lin. syst. ed. R. I. p. 743.*

*Corrigiola caule fasciculis florum terminato. Hort. cliff. 112.*

*In fossis exsiccatis arenosis in der Jungfernheide, ad viam versus Tegel, prope den Gesundbrunnen, Fridrichsfelde, ante portam Halensem & alibi frequens.* Junio. Julio.

*ALSINE. Lin. gen. 411.*

*Cal. 5 phyllus. Petala 5 aequalia. Capsula 1 locularis trivalvis.*

357. *ALSINE media* petalis bipartitis, foliis ovato-cordatis. *Lin. syst. ed. R. I. p. 746.*

*In cultis, hortis, agris ubique copiosissime. Aestate.*

*Offic. (Herba Alsinæ.)*

AMARANTHUS. *Lin. gen.* 1157.

*Cal.* 3 f. 5 phyllus. *Cor.* O. *Capsula* unilocularis circumscissa. *Semen* unicum.

358. AMARANTHUS *Blitum* glomerulis lateralibus: floribus triandris trifidis, foliis ovatis retusis, caule diffuso. *Lin. syst. ed. R.* 4. p. 145.

In plateis urbis, ad sepes, inque ruderatis copiose. Julio. Augusto.

*Offic.* (*Herba Bliti.*)

359. AMARANTHUS *hypochondriacus* racemis pentandris compositis confertis erectis, foliis ovatis mucronatis. *Lin. syst. ed. R.* 4. p. 148.

In cultis inter olera passim. Julio. Augusto.

### TETRAGYNIA.

SPINACIA. *Lin. gen.* 1218.

♂. ♀. ♂. *Cal.* 5 partitus. *Cor.* O.

♀. *Cal.* 4 fidus. *Cor.* O. *Semen* 1, intra calycem induratum.

360. SPINACIA *oleracea* fructibus sessilibus. *Lin. syst. ed. R.* 4. p. 250.

Culta abunde in hortis. Aestate.

PARNASSIA. *Lin. gen.* 415.

*Cal.* 5 partitus. *Petal.* 5. *Nectur.* 5. squamoflagulosa, glandulis pedicellatis. *Caps.* 4 valvis.

PENTANDRIA PENTAGYNIA. 115

361. *PARNASSIA palustris*. *Lin. syst. ed. R. I.*  
p. 749.

In pratis humidis copiose. Julio, Augusto.

PENTAGYNIA.

STATICE. *Lin. gen.* 418.

*Cal.* 1 phyllus integer plicatus, scariosus. *Petala* 5. *Semen* unicum, superum; *pappo* cartilagineo.

362. *STATICE Armeria* scapo simplici capitato, foliis linearibus. *Lin. syst. ed. R. I.* p. 750.

In pascuis ficcis, ad vias, inque collibus apricis graminosis abunde. Junio, Julio.

LINUM. *Lin. gen.* 419.

*Cal.* 5 phyllus. *Petala* 5. *Capsula* 5 valvis, decemlocularis. *Semina* solitaria.

\* *Foliis alternis.*

363. *LINUM usitatissimum* calycibus, capsulisque mucronatis, petalis crenatis, foliis lanceolatis alternis, caule subfolitario. *Lin. syst. ed. R. I.* p. 753.

In agris frequens colitur. Aestate.

*Offic.* Semen Lini.

\*\* *Foliis oppositis.*

364. *LINUM catharticum* foliis oppositis ovato-lanceolatis, caule dichotomo, corollis acutis, *Lin. syst. ed. R. I.* p. 765.

In pascuis, pratisque satis frequens. e. g. ante portam Halensem, beim Unterbaum, prope Rummelsburg, Reineckendorf &c. Julio. Augusto.

Offic. (*Herba cathartica.*)

365. LINUM *Radiola* foliis oppositis, caule dichotomo, floribus tetrandris tetragyniis. *Lin. syst. ed. R. 1. p. 765.*

In der Jungfernheide, beim Gesundbrunnen, prope Charlottenburg & alibi frequens. Julio. Augusto.

DROSERA. *Lin. gen. 421.*

*Cal. 1 phyllus 5 fidus. Petala 5. Capsula 1 locularis, apice 5 valvis. Sem. plurima.*

366. DROSERA *rotundifolia* scapis radicatis foliis orbiculatis. *Lin. syst. ed. R. 1. p. 766.*

*Drosera rotundifolia* foliis orbiculatis, scapis radicatis, floribus hexagynis. *Huds. angl. ed. 2. tom. 1. p. 135.*

In der Jungfernheide & Grunewald locis turfosis humidis copiose. Julio. Augusto.

Offic. (*Herba Roris Solis s. Rorellae.*)

367. DROSERA *longifolia* scapis radicatis, foliis oblongo-lanceolatis.

*Drosera longifolia* scapis radicatis, foliis ovali-oblongis. *Lin. syst. ed. R. 1. p. 766.*

PENTANDRIA POLYGYNIA. 117

*Drosera longifolia* foliis oblongis, scapis radica-  
tis, floribus hexagynis. *Huds. angl. ed. 2.*  
*tom. 1. p. 135.*

Iisdem locis frequens. Julio. Augusto.

POLYGYNIA.

MYOSURUS. *Lin. gen. 426.*

*Cal. 5* phyllus, basi adnatus. *Nectar. 5.* ligulata  
petaliformia. *Semina* numerosa.

368. MYOSURUS *minimus* foliis integerrimis.  
*Lin. syst. ed. R. 1. p. 778.*

In agris arenosis, ad pagos & vias vulgaris.  
Aprili. Majo.

---

## CLASSIS VI.

## HEXANDRIA

## MONOGYNIA.

*a. Flores absque calyce, spathacei.*

ALLIUM. *Lin. gen.* 442.

*Spatha multiflora. Umbella congesta. Cor. 6 petala patens. Capsula supera.*

\* *Foliis caulinis planis. Umbella capsuli fera.*

369. ALLIUM *Porrum* caule planifolio umbellifero, staminibus tricuspидatis. *Lin. syst. ed. R.* 2. p. 29.

Cultum in hortis frequens. Aestate.

\*\* *Folia caulina plana. Umbella bulbifera.*

370. ALLIUM *carinatum* caule planifolio bulbifero, staminibus subulatis. *Lin. syst. ed. R.* 2. p. 33.

Allium umbella bulbifera, vagina bicorni, foliis carinatis. *Hall. all.* 27. t. 2. f. 2.

Prope *Spandau* in collibus *bei den Pulvermagazinen* frequens. Julio.

\*\*\* *Folia caulina teretia. Umbella bulbifera.*

371. ALLIUM *vineale* caule teretifolio bulbifero, staminibus tricuspидatis. *Lin. syst. ed. R.* 2. p. 36.

Inter segetes copiose. Junio, Julio.

\*\*\*\* *Folia radicalia. Scapus nudus.*

372. *ALLIUM senescens* scapo nudo ancipiti, foliis linearibus subtus convexis laevibus, umbella subrotunda staminibus subulatis. *Lin. syst. ed. R. 1. p. 38.*

In hortis cultum frequens. Aestate.

373. *ALLIUM Cepa* scapo nudo inferne ventricoso, longiore foliis teretibus. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 41.*

Copiose cultum occurrit. Aestate.

*Offic.* Bulbus recens Cepae.

374. *ALLIUM Schoenoprasum* scapo nudo, adaequante folia teretia subulato-floriformia. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 41.*

Colitur hic frequens. Aestate.

*b. Flores absque calyce & spatha.*

*LILIUM. Lin. gen. 443.*

*Cor.* 6 petala campanulata: linea longitudinali nectarifera. *Capsul.* valvulis pilo cancellato connexis.

375. *LILIUM Martagon* foliis verticillatis, floribus reflexis, corollis revolutis. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 45.*

In den Papenberggen frequens. Junio.

*Offic.* (*Radix Asphodeli.*)

*ORNITHOGALUM. Lin. gen. 451.*

*Cor.* 6 petala, recta, persistens, supra medium petens. *Filament.* alterna basi dilatata.



\* *Staminibus omnibus dilatatis.*

376. ORNITHOGALUM *luteum* scapo anguloso  
diphylo, pedunculis umbellatis simplicibus.  
*Lin. syst. ed. R. 2. p. 53.*

In agris, horumque versuris frequens. Martio.  
Aprili.

377. ORNITHOGALUM *minimum* scapo anguloso  
diphylo, pedunculis umbellatis ramosis. *Lin.*  
*syst. ed. R. 2. p. 53.*

In agris ad *Ricksdorf & Spandau* passim. Martio.  
Aprili.

Binis in speciebus stamina subulata, nec basi dilata  
sunt.

Forte varietas praecedentis.

\*\* *Staminibus alternis dilatatis.*

378. ORNITHOGALUM *nutans* floribus secundis  
pendulis, nectario stamineo campaniformi.  
*Lin. syst. ed. R. 2. p. 56.*

In pomariis passim. Majo.

ANTHERICUM. *Lin. gen. 455.*

*Cor. 6 petala, patens. Capsula ovata.*

379. ANTHERICUM *ramosum* foliis planis, scapo  
ramoso, corollis planis pistillo recto. *Lin.*  
*syst. ed. R. 2. p. 62.*

Im *Thiergarten & Jungfernheide* passim, prope  
*Tegel* frequens. Junio.

380. ANTHERICUM *Liliago* foliis planis, scapo  
simplicissimo, corollis planis pistillo declinato.  
*Lin. syst. ed. R. 2. p. 62.*

*In der Hasenheide frequens, ad Fridrichsfelde passim. Majo. Junio.*

ASPARAGUS. *Lin. gen. 457.*

*Cor. 6 partita, petalis tribus interioribus apice reflexis. Pomum 3 loculare dispermum.*

381. ASPARAGUS *officinalis* caule herbaceo tereti erecto, foliis setaceis, stipulis paribus. *Lin. Syst. ed. R. 2. p. 68.*

*In pratis atque nemoribus frequens. Ad sepes & pagos passim. Junio.*

*Offic. (Baccae, Semina & Radices Asparagi.)*

CONVALLARIA. *Lin. gen. 459.*

*Cor. 6 vel 4 fida. Pomum 3 vel 2 loculare ante maturitatem maculosum.*

\* *Lilium convallium: corollis campanulatis.*

382. CONVALLARIA *majalis* scapo nudo tereti. *Lin. Syst. ed. R. 2. p. 73.*

*In den Papenberggen frequens. Majo.*

*Offic. Flores Lili convallii.*

\*\* *Polygonata: corollis infundibuliformibus.*

383. CONVALLARIA *Polygonatum* foliis alternis amplexicaulibus, caule ancipiti, pedunculis axillaribus subunifloris. *Lin. Syst. ed. R. 2. p. 74.*

*♂. Floribus plenis.*

*In der Hasenheide, Jungfernheide, Thiergarten & alibi frequens. ♂. rarius. Majo. Junio.*

*Offic. Radices Sigilli Salomonis.*

384. *CONVALLARIA multiflora* foliis alternis amplexicaulibus, caule tereti pedunculis axillaribus multifloris. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 74.*  
*In der Jungfernheide & Briselang passim. Majo. Junio.*

\*\*\* *Smilax: corollis rotatis.*

385. *CONVALLARIA bifolia* foliis cordatis, floribus tetrandris. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 75.*  
*Majanthemum Convallaria. Wiggers primit. 15. n. 141.*

*Im Thiergarten, Jungfernheide, Papenberggen & alibi abunde. Majo. Junio.*

Numero staminum & corollae laciniis quadrifidis, pumoque biloculari, differt; sed hae ad genus distingendum haud sufficiunt.

*Offic. (Herba Unifolii.)*

*ARISTOLOCHIA. Lin. gen. 411.*

*Cal. O. Cor. 1 petala, ligulata, integra. Styl. O. Stigma glabrum 6 fidum. Capsula bilocularis infera.*

386. *ARISTOLOCHIA Clematitis* foliis cordatis, caule erecto, floribus axillaribus confertis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 61.*

*Prope Spandau ad sepes ante portam Charlottenburgicam pone domicilium sylviarum frequens. Junio. Julio.*

*Offic. Radix aristolochiae longae, vulgaris.*

*c. Gramina.*

ACORUS. *Lin. gen.* 468.

*Spadix* cylindricus, tectus flosculis. *Corollae* hexapetae, nudae. *Stylus* nullus. *Capsula* trilocularis.

387. ACORUS *Calamus*. *Lin. syst. ed. R. 2. p.* 92.

Locis paludosis, inque fossis copiose. v. g. *in der Jungfernheide* &c. Junio. Julio.

*Offic.* Radix Calami aromatici.

JUNCUS. *Lin. gen.* 471.

*Cal.* 6 phyllis persistens. *Cor.* O. *Capsula* unilocularis, trivalvis.

\* *Culmis nudis.*

388. JUNCUS *conglomeratus* culmo nudo stricto, capitulo laterali: floribus triandris. *Ehrhart. hanoev. Magaz.* 1784. *Stück* 8. p. 115. n. 5.

*Juncus conglomeratus* culmo nudo stricto, capitulo laterali. *Lin. syst. ed. R. 2. p.* 94.

*In der Jungfernheide* & prope *Spandau* locis depressis humidis passim. Junio. Julio.

389. JUNCUS *effusus* culmo nudo stricto, panicula laterali laxa: floribus triandris. *Ehrhardt. l. c.*

*Juncus effusus* culmo nudo stricto, panicula laterali. *Lin. syst. ed. R. 2. p.* 94.

Locis humidis depressis, inque pratis frequens. Junio. Julio.

390. *JUNCUS inflexus* culmo nudo, apice membranaceo, panicula laterali: floribus acuminatis hexandris.

*Juncus inflexus* culmo nudo, apice membranaceo incurvo, panicula laterali. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 95.*  
Cum praecedenti frequens eodem tempore.

\* \* *Culmis foliosis.*

391. *JUNCUS articulatus* foliis nodoso-articulatis, petalis obtusis. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 97.*

*Juncus* articulis compressis, panicula semel ramosa. *Hall. helv. n. 1322.*

β. *Juncus* foliis articulatis teretibus, panicula repetito-ramosa. *Hall. helv. 1323.*

γ. Gramen junceum folio articuloso, cum utriculis. *Bauh. prodr. 12.* (viviparus.)

In pratis humidis, locisque uliginosis & ad fossas copiose α. rarius. γ. *in der Jungfernheide, Spandauerheide ad lacum Diaboli* passim. Junio. Julio.

392. *JUNCUS Tenageja* annuus, culmo ramoso-paniculato, floribus solitariis, petalis ovato-oblongis, capsulis subglobosis. *Lin. suppl. pl. 208.*

In pratis prope *Schoeneberg* & alibi passim. Junio. Julio.

393. *JUNCUS bulbosus* culmo compressiusculo, foliis lineari-canaliculatis; corollis capsulisque obtusis; bractea panicula majori.

*Juncus bulbosus* foliis linearibus canaliculatis, capsulis obtusis. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 97.*

*Leers herb. born. 266. t. 13. f. 7.*

Prope *Spandau* in pratis copiose. Junio.  
Julio.

Bractea interdum panicula minor, sed rarius,  
saepius longior, vel ejusdem longitudinis.

394. *Juncus Sprengeli* culmo subtriquetro canaliculato; foliis lineari-canaliculatis; corollis acutis, capsulis obtusis, bractea panicula multo minori.

*In der Spandauerheide* in pratis versus *Falkenhagen* frequens. Julio.

Culmus sesquipedalis & ultra, glaber striatus, hinc convexus, nervo elevato, inde concavus canaliculatus. Folia culmi nulla, nisi bracteas, ita nuncupes; radicalia multa vaginata, lineari-lanceolata externe striata: vaginis glabris striatis margine membranaceis. Panicula trifida elongata; floribus pedunculatis. Bracteae binae vaginatae; vaginis striatis ventricosi margine membranaceis; ultima vagina folio canaliculato minuto instructa; suprema apice subulata absque folio. Corollae acutae persistentes capsularum longitudine. Capsulae oblongae obtusae, acumine brevissimo instructae. TAB. IV. fig. 8.

Differt a *Junco bulboso*:

- 1) culmo triquetro canaliculato.
- 2) bracteis panicula minoribus.
- 3) vaginis bractearum ventricosis.
- 4) corollis acutis &
- 5) quod multo major sit

395. *JUNCUS bufonius* caule dichotomo, foliis angulatis, floribus solitariis sessilibus. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 98.*

α. Gramen nemorosum, calyculis paleaceis erectum. *Scheuchz. agrost. 327.*

β. Gramen nemorosum, calyculis paleaceis, species altera procerior. *Scheuchz. agrost. 328.*

γ. Gramen nemorosum, calyculis paleaceis, repens. *Scheuchz. agrost. 329.*

δ. Pinheaded cobweb mushroom, *Petiv. gaz. 51. f. 7.*

*Isoetes lacustris. Weigel. observ. bot. 36. t. 2. f. 7.*

*Subularia aquatica. Koelp. suppl. fl. Gryph. 113.*

In pratis paludosis, locis depressis humidis, pacuis uliginosis, ad fossas, similibusve locis copiosissime aestate, δ. vere & autumno.

Semina hujus Junci singulari modo germinant. Primo vere cotylidones apparent oblongae, magnitudine capituli acus, colore splendido-flavae, paulo post folia minutissima accrescunt, & cotylidones fuscae evadunt. Tunc altitudine vix unicam exsuperat gramen, & plantae cryptogamicae haud absimile est. Tali in statu hoc gramen *Celebr. Weigel* legit, depinxitque. Iterata vice tales plantulas ollae imposui, & semper *Juncum bufonium* ex illis nasci vidi.

396. *JUNCUS capitatus* foliis fetaceis, capitulo terminali, alarique subfolioso, petalis acutis integris, pericarpis aequantibus. *Weigel observ. 28. t. 3. f. 5.*

*Juncus ericetorum* culmo nudo filiformi, foliis linearibus canaliculatis, capitulo subrotundo sessili terminali, triphylo. *Pollich. pal. 1. p. 351. n. 350.*

Ante portam Halensem im Aufstall, inter Pancko & Gesundbrunnen, prope Spandau ad Haaks Meyerey & alibi locis depressis frequens. Junio. Julio.

Culmus bi-vel triuncialis nudus, glaber, striatus. Flores sessiles in capitulum collecti, terminales, bracteis tribus instructi. Petala persistens, acuta, capsulis longiores.

397. *JUNCUS pilosus* foliis planis pilosis, corymbo ramofo. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 100.*

In nemoribus copiose. e. g. im Thiergarten, Jungfernheide, Hasenheide &c. Majo.

398. *JUNCUS campestris* foliis planis subpilosis spicis sessilibus pedunculatisque. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 104.*

Iisdem locis copiosissime. Majo.

*d. Flores cum calyce & corolla.*

*BERBERIS. Lin. gen. 476.*

*Cal. 6 phyllus. Petala 6 ad ungues glandulis 2. Styl. O. Bacca disperma tunica duplici.*

399. *BERBERIS vulgaris* foliis serratis. *Thunberg. jap. 146.*

*Berberis vulgaris* pedunculis racemosis. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 106.*



*Im Thiergarten frequens. Majo.*

*Offic. Baccae Berberidis.*

PEPLIS. *Lin. gen. 452.*

*Perianth. campanulatum: ore 12 fido. Petala*  
6 calyci inserta valde caduca. *Capsula bilocularis.*

400. PEPLIS *Portula* floribus hexandris, foliis cuneiformibus obtusis.

*Peplis portula* floribus apetalis. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 112.*

*In der Jungfernheide* locis humidis, praecipue *in der Charlottenburger Allee*, & post *Falkenhagen* in via ad *Bredow* frequens. *Augusto. Septembri.*

### TRIGYNIA.

RUMEX. *Lin. gen. 485.*

*Cal. triphyllus. Petala 3 conniventia. Semen unicum triquetrum.*

\* *Hermaphroditi: valvulis granulo notatis.*

401. RUMEX *sanguineus* floribus hermaphroditis: valvulis integerrimis: unica granifera, foliis cordato-lanceolatis. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 115.*

*Locis cultis inter olera passim. Junio.*

402. RUMEX *Britannica* floribus hermaphroditis: valvulis integerrimis: omnibus graniferis, foliis lanceolatis: vaginis obsoletis. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 115.*

*In fossis ad Spandau vulgaris. Junio. Julio.*

403. *RUMEX crispus* floribus hermaphroditis: valvulis integris graniferis, foliis lanceolatis undulatis acutis. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 115.*

In pratis humidis, nemorosis passim. e. g. in der Jungfernheide, ante portam Halensem im Aufstall &c. Junio.

404. *RUMEX Nemolapathum* floribus hermaphroditis: valvulis linearibus obtusis integerrimis graniferis, verticillis remotis, ramis patentibus, foliis inferioribus cordato-lanceolatis, superioribus lanceolatis. *Lin. suppl. pl. 212.*

*Rumex dubius* floribus hermaphroditis, valvulis integris graniferis, foliis lanceolatis subundulatis basi integris. *Retzii prod. fl. Scand. 64. n. 387.*

*Rumex conglomeratus.* *Murr. prod. 52.*

*Rumex Hydrolapathum.* *Wiggers primit. n. 303.*

Ad fossas inque pratis paludosis frequens, v. g. ante portam Halensem im Aufstall, prope Spandau in via ad Haaks Meyerey &c. Julio. Augusto.

Planta bipedalis & ultra: caule ramoso, tereti, fulcato: foliis alternis glabris, margine parum undulatis: verticillis summis nudis.

405. *RUMEX maritimus* floribus hermaphroditis: valvulis dentatis graniferis, foliis linearibus. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 117.*

Im Thiergarten & Jungfernheide locis humidis passim. Junio.

406. RUMEX *acutus* floribus hermaphroditis valvulis dentatis graniferis, foliis cordato-oblongis acuminatis. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 117.*

In pratis ad *Rummelsburg*, in der *Jungfernheide* & alibi passim. Junio. Julio.

407. RUMEX *obtusifolius* floribus hermaphroditis, valvulis dentatis graniferis, foliis cordato-oblongis obtusiusculis crenatis, *Lin. syst. ed. R. 2. p. 118.*

Iisdem locis passim. Junio.

\*\* *Hermaphroditi: valvulis granulo destitutis.*

408. RUMEX *aquaticus* floribus hermaphroditis: valvulis integerrimis nudis, foliis cordatis glabris acutis. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 119.*

In fossis des *Thiergartens* passim. Julio.  
*Offic. (Radix Rapontici.)*

\*\*\* *Floribus diclinis.*

409. RUMEX *Acetosu* floribus dioicis, foliis oblongis sagittatis. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 122.*

β. *Acetosa pratensis* flore albo, *Tournef. inst. 502.*

In pratis & pascuis copiose. Majo. Junio.

*Offic. Herba recens Acetosae. (Radix & Semina.)*

410. RUMEX *Acetosella* floribus dioicis, foliis lanceolatis, hastatis. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 123.*

ε. *Acetosa lanceolata angustifolia repens*, *Bauh. pin. 114.*

γ. *Acetosa arvensis minima non lanceolata*, *Bauh. pin. 114.*

HEXANDRIA POLYGYNIA. 131

♂ *Acetosa minor erecta*, lobis multifidis. *Bocc. mus.* 164. t. 26.

In agris, arvis, versuris, pascuis, pratis ficcis & nemoribus copiosissime. Aestate.

SCHEUCHZERIA. *Lin. gen.* 487.

*Cal.* 6 partitus. *Cor.* O. *Capsulae* 3. 4. inflatae  
1 spermae.

411. *SCHEUCHZERIA palustris*. *Lin. syst. ed. R.* 2. p. 126.

In der Jungfernheide & Grunewald locis turfosis humidis frequens. Aprili. Majo.

*Capsulae* 3. 4. 5 usque 6. *Semina* 1 usque 2.

TRIGLOCHIN. *Lin. gen.* 488.

*Cal.* triphyllus. *Petala* 3. calyciformia. *Styl.* O. *Capsula* basi dehiscens.

412. *TRIGLOCHIN palustre* capsulis trilocularibus sublinearibus. *Lin. syst. ed. R.* 2. p. 125.

In pratis prope Schoeneberg copiose, & alibi frequens. Junio.

413. *TRIGLOCHIN maritimum* capsulis sexlocularibus ovatis. *Lin. syst. ed. R.* 2. p. 126.

In pratis ad Rummelsburg rarius. Junio.

POLYGYNIA.

ALISMA. *Lin. gen.* 495.

*Calyx* triphyllus. *Petala* tria. *Semina* plura.

414. *ALISMA Plantago* foliis ovatis acutis, fructibus obtusis trigonis. *Lin. syst. ed. R.* 2.

In aquis stagnantibus, pratis paludosis & fossis  
copiose. Julio.

*Offic. (Herba Plantaginis aquaticae.)*

415. ALISMA *Damasonium* foliis cordato-oblongis,  
floribus hexagynis, capsulis subulatis. *Lin.*  
*syst. ed. R. 2. p. 132.*

*Im Grunewald ad fossas rarius. Julio.*

Scapi vix spithamei, teretes laevissime striati: ver-  
ticillis binis rarius tribus, trifloris, squamis  
tribus vel quatuor subulatis munitis. Flores  
hexandri, pistillis sex ad octo. Folia cordata  
acuta septemnervia glabra, unicalia; petioli  
sesquiunciales glabri.

416. ALISMA *dubia* foliis cordatis obtusis, flori-  
bus hexandris, dodecagyniis, seminibus un-  
cinatis.

*Alisma cordifolia* foliis cordatis obtusis, floribus  
dodecandris, seminibus uncinato-muricatis.  
*Lin. syst. ed. R. 2. p. 133?*

*Im Grunewald praecipue in der Hundskaehle fre-*  
*quens. Augusto.*

Scapi pedales, sesquipedales & ultra, teretes,  
striati: verticillis quatuor ad quinque, infe-  
rioribus ramosis, superioribus trifloris, squa-  
mis binis oblongo obtusis munitis. Flores  
hexandri, pistilla 10. 11. 12 & 14. Semina  
immatura uncinata erant, matura non vidi.  
Folia cordata obtusa novemnervia, glabra, bi  
ad triuncialia. Petioli pedales teretes striati

glabri. Num varietas praecedentis? Num  
Alisma cordifolia & Damasonium una species?

Differt ab Alisma Damasonio feminibus uncina-  
tis; ab Alisma cordifolia floribus hexandris.  
Distinguent Autoptae an sit cordifolia, an  
Damasonium?

417. *ALISMA natans* foliis ovatis obtusis peduncu-  
lis solitariis. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 133.*

In fossis *im Grunewald* copiose. Junio. Julio.

418. *ALISMA ranunculoides* foliis lineari-lanceo-  
latis, fructibus globosis squarrosis. *Lin. syst.*  
*ed. R. 2. p. 133.*

Ante portam *Halensem* in fossis rarissima,  
Julio.

---

## CLASSIS VII.

## HEPTANDRIA

## MONOGYNIA.

AESCULUS. *Lin. gen.* 498.

*Cal.* 1 phyllus, 5 dentatus, ventricosus. *Cor.* 4  
vel 5 petala inaequalis. *Caps.* 3 locularis.

419. AESCULUS *Hippocastanum* corollis pentape-  
talis patentissimis.

*Aesculus Hippocastanum* floribus heptandris. *Lin.*  
*Syst. ed. R.* 2. p. 137.

In plateis & extra urbem in viis nemoribusque  
copiose. Majo. Junio.

*Offic.* (*Fructus & Cortex Hippocastani.*)

In *Aesculo Pavia* nunquam stamina octo, semper  
septem vidi. Vera illius differentia erit: co-  
rollis tetrapetalis, petalis binis erectis minori-  
bus longe unguiculatis, binis majoribus con-  
niventibus.

---

CLASSIS VIII.

O C T A N D R I A  
M O N O G Y N I A.

a. Flores completi.

OENOTHERA. *Lin. gen.* 505.

*Cal.* quadrifidus. *Corolla* tetrapetala. *Stamina*  
calycis fauce inserta. *Capsula* cylindrica infera.  
*Semina* nuda.

420. OENOTHERA *biennis* foliis ovato-lanceolatis  
planis, caule muricato villoso. *Lin. syst. ed.*  
*R.* 2. p. 147.

Ante portam Halensem, in ruderatis beim Moabi-  
terlande, prope Charlottenburg, Spandau auf  
den Schülerbergen, hinterm Kibitzey & alibi  
copiose. Junio. Julio.

EPILOBIUM. *Lin. gen.* 506.

*Cal.* 4 fidus. *Cor.* 4 petala. *Capsula* oblonga in-  
fera. *Semina* papposa.

\* *Staminibus* declinatis.

421. EPILOBIUM *angustifolium* foliis sparsis li-  
neari-lanceolatis, floribus inaequalibus. *Lin.*  
*syst. ed.* *R.* 2. p. 151.

Epilobium flore difformi foliis lanceolatis, trans-  
versim nervosis. *Hall. helv. n.* 1000.



*In der Hasenheide, Thiergarten & Papenbergem  
passim. Julio.*

\*\* *Staminibus erectis regularibus, petalis  
bifidis.*

422. *EPILOBIUM hirsutum* foliis oppositis lanceolatis ferratis decurrenti amplexicaulibus. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 152. &.*

*Epilobium hirsutum* foliis ovato-lanceolatis semi-amplexicaulibus hirsutis, caule ramosissimo, radice repente. *Curtis lond. t. 117.*

*Prope Spandau an der Havel passim. Julio.*

423. *EPILOBIUM montanum* foliis oppositis ovatis dentatis. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 152.*

*Epilobium* foliis ovato-lanceolatis, glabris, dentatis. *Hall. helv. n. 996.*

*Im Thiergarten & alibi passim. Julio.*

424. *EPILOBIUM roseum* foliis oppositis, alternisque ovato-lanceolatis petiolatis ferratis glabris. *Retzii prod. 69. n. 408.*

*Chamaenerion roseum. Schreb. spicil. 147. n. 1165.*

*Epilobium ramosum* foliis lanceolatis ferratis decurrentibus, inferioribus oppositis, caule ramoso. *Huds. angl. ed. 2. t. 1. p. 162.*

*Prope Spandau & in der Jungfernheide frequens. Julio.*

425. *EPILOBIUM palustre* foliis oppositis lanceolatis integerrimis, petalis emarginatis, caule erecto. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 153.*

Prope *Reineckendorf* ad lacum copiose.  
*In der Jungfernheide* ad fossas, inque humidius-  
 culis frequens. Julio.

VACCINIUM. *Lin. gen.* 523.

*Cal.* superus. *Cor.* I petala. *Filamenta* recepta-  
 culo inferta. *Anth.* bicornes. *Pomum* quadri-  
 loculare polyspermum.

\* *Foliis annotinis.*

426. VACCINIUM *Myrtillus* pedunculis unifloris,  
 foliis ferratis ovatis deciduis caule angulato.  
*Lin. syst. ed. R. 2.* p. 164.

β. Fructu albo.

In nemoribus & sylvis copiose. v. g. *im Thier-  
 garten, Grunewald, Jungfernheide* &c. β. *in  
 der Spandauerheide* rarius.

*Offic.* Myrtillorum Baccae. (*Folia.*)

\*\* *Foliis sempervirentibus.*

427. VACCINIUM *Vitis idaea* racemis terminali-  
 bus nutantibus, foliis obovatis revolutis inte-  
 gerrimis subtus punctatis. *Lin. syst. ed. R. 2.*  
 p. 167.

*Im Grunewald, Spandauerheide, Jungfernheide,  
 Papenbergen* & alibi copiose. Majo. Junio.

*Offic.* (*Baccae Vitis Idaeae.*)

428. VACCINIUM *Oxycoccus* foliis integerrimis re-  
 volutis ovatis, caulibus repentibus filiformibus  
 nudis. *Lin. syst. ed. R. 2.* p. 167.

*Im Grunewald, Jungfernheide & Spandauerheide* in regione *lacus Diaboli* copiose. Majo. Junio.

Pedunculi 2. 3. terminales. Flores nutantes. Corolla 4 fida: laciniis revolutis.

ERICA. *Lin. gen.* 524.

*Cal.* 4 phyllus inferus. *Cor.* 1 petala 4 fida. *Filamenta* receptaculo inserta. *Anth.* 2 fidae. *Capsula* 4 locularis.

429. ERICA *Tetralix* aristata; foliis quaternis oblongis ciliatis, subtus tomentosis, floribus umbellatis, calyce ciliato tomentoso. *Thunberg Diss. de Erica* 10. n. 66.

*Erica Tetralix* antheris aristatis, corollis ovatis, stylo incluso, foliis quaternis ciliatis, floribus capitatis. *Lin. syst. ed. R.* 2. p. 174.

Prope *Spandau* unico loco frequens. Inter *Schoeneberg & Fasanerie* olim frequens nunc rarius. Julio. Augusto.

430. ERICA *vulgaris* cristata; foliis oppositis sagittatis. *Thunberg Diss. de Erica* 11. n. 74.

*Erica vulgaris* antheris aristatis, corollis campanulatis subaequalibus, calycibus duplicatis, foliis oppositis sagittatis. *Lin. syst. ed. R.* 2. p. 168.

β. corollis albis.

In campis, pascuis, collibus sterilissimis, nemoribusque copiosissime. β. rarius. Augusto.

*Offic. (Ericae Herba.)*

*b. Flores incompleti.*POPULUS. *Lin. gen.* 1228.

♂ — ♀. ♂. *Ament.* laxè imbricatum. *Cal.* squamis  
laceris. *Cor.* turbinata obliqua integra.

♀. *Ament.* *Cal.* & *Cor.* maris. *Styl.* O. *Stigma*  
4 fidum. *Capsf.* 2 locularis. *Semina* multa,  
'pappo capillari.

431. POPULUS *alba* foliis subrotundis dentato-  
angulatis subtus tomentosis. *Lin. syst. ed. R.*  
4. p. 262.

Prope *Charlottenburg* frequens, & alibi passim.  
Aprili. Majo.

432. POPULUS *tremula* foliis subrotundis dentato-  
angulatis, utrinque glabris. *Lin. syst. ed. R.*  
4. p. 262.

In nemoribus & viis copiose. Aprili. Majo.

433. POPULUS *nigra* foliis deltoidibus acuminatis  
ferratis. *Lin. syst. ed. R.* 4. p. 263.

In nemoribus, viis & pagis vulgaris, mas pro-  
pe *Charlottenburg*. Aprili. Majo.

*Offic.* Oculi Populi.

## DIGYNIA.

CORYLUS. *Lin. gen.* 1172.

♂ — ♀. ♂. *Cal.* 1 phyll. 3 fidus squamiformis,  
1 florus. *Cor.* O.

♀. *Cal.* 2 phyllus lacerus. *Cor.* O. *Nux* ovata.

434. *CORYLUS Avellana* stipulis ovatis obtusis.  
*Lin. syst. ed. R. 2. p. 169.*

*Im Thiergarten, Jungfernheide, Tegel & alibi  
 copiose. Martio. Aprili.*

*Offic. Avellanae Nuces. (Lignum.)*

*ACER. Lin. gen. 1266.*

*Cal. 5 fidus. Cor. 5 petala. Caps. binae mono-  
 spermae, alatae.*

435. *ACER Pseudo-Platanus* racemis pendulis, fo-  
 liis quinquelobis obtusis inaequaliter serratis.

*Acer Pseudo-Platanus* foliis quinquelobis inae-  
 qualiter serratis, floribus racemosis. *Lin. syst.  
 ed. R. 4. p. 331.*

*Im Thiergarten, im Briselang frequens & alibi  
 passim. Majo.*

436. *ACER Platanoides* corymbo simplici erecto:  
 foliis quinquelobis dentatis: dentibus acu-  
 minatis.

*Acer platanoides* foliis quinquelobis acuminatis,  
 acute dentatis glabris, floribus corymbosis.

*Lin. syst. ed. R. 4. p. 332.*

*Im Thiergarten copiose ad pagos inque nemori-  
 bus passim. Majo.*

*Floret foliis adhuc destitutum.*

437. *ACER campestre* corymbo tripartito erecto,  
 foliis quinquelobis, integerrimis: lobis infe-  
 rioribus emarginatis.

*Acer campestre* foliis lobatis obtusis emarginatis.

*Lin. syst. ed. R. 4. p. 332.*

*Im Thiergarten frequens, prope Tegel, Briselang  
& alibi passim. Majo.*

## TRIGYNIA.

POLYGONUM. *Lin. gen. 537.*

*Cal. O. Cor. 5 partita calycina. Semen unicum  
angulatum.*

\* *Bistortae spica unica.*

438. POLYGONUM *Bistorta* caule simplicissimo  
monostachyo, foliis ovatis in petiolum decur-  
rentibus. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 204.*

*In pratis versus alten Landsberg, Blankensfelde,  
Fridrichsfelde, Biesdorf passim, in den Remi-  
sen ad Pancko rarius. Junio.*

*Offic. Bistortae Radix.*

\*\* *Persicariae pistillo bifido, aut stami-  
nibus minus 8.*

439. POLYGONUM *amphibium* floribus pentan-  
dris femidigynis, spica ovata. *Lin. syst. ed. R.  
2. p. 205.*

\*. *aquaticum* foliis glabris, longe petiolatis, spica  
subrotunda. *Moench. hass. 328.*

β. *terrestre* foliis hirsutis subsessilibus, spica ob-  
longa. *Moench. hass. 328.*

*In der Spree inque fossis im Grunewald & alibi  
copiose. β. ante portam Lipsiensem ad fossas  
frequens. Junio. Julio.*

440. POLYGONUM *Hydropiper* floribus hexandris femidigynis, foliis lanceolatis, stipulis submuticis. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 206.*

In nemoribus humidis ad *Coepnick, Tegel, in der Jungfernheide, Thiergarten* & alibi copiose. Julio.

*Offic. (Persicariae urentis Herba.)*

441. POLYGONUM *Persicaria* floribus hexandris digynis, spicis ovato-oblongis, foliis lanceolatis, stipulis ciliatis. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 207.*

β. foliis angustioribus, spica rubente.

γ. foliis maculosis latioribus.

Locis humidis, ad fossas, vias, in paludibus alibique copiosissime. Aestate.

*Offic. (Herba Persicariae.)*

\*\*\* *Polygona foliis indivisis, floribus octandris.*

442. POLYGONUM *aviculare* floribus octandris trigynis axillaribus, foliis lanceolatis, caule procumbente herbaceo. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 209.*

β. Polygonum brevi angustoque folio. *Bauh. pin. 281.*

γ. Polygonum oblongo angustifolia. *Bauh. pin. 281.*

δ. Flore albo. *Hall. helv. 1560.*

ε. Foliis rubentibus. *Schwenckfeld. Silensf. 163.*

Ad vias in urbe ipsa, ad agros, inque versuris, sepibus, ubique fere copiosissime. Aestate.

OCTANDRIA TETRAGYNIA. 143

Offic. Herba Polygoni. f. Centumnodiae.

\*\*\*\* *Helixine foliis subcordatis.*

443. POLYGONUM *Fagopyrum* foliis cordato-fagittatis, caule erectiusculo inermi, feminum angulis aequalibus. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 212.*

Hic frequens colitur. Julio. Augusto.

444. POLYGONUM *Convolvulus* foliis cordatis, caule volubili angulato, floribus obtusatis. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 213.*

Polygonum caule volubili, foliis fagittatis. *Hall. helv. n. 1561.*

In agris, cultis, nemoribus apricis vulgaris. Julio. Augusto.

445. POLYGONUM *dumetorum* foliis cordatis, caule volubili laevi, floribus carinato-alatis. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 213.*

Polygonum caule volubibi, foliis fagittatis, valvulis feminalibus alatis. *Hall. helv. n. 1562.*

Ad sepēs & pagos, prope *Fridrichsfelde, Panckø,* & alibi frequens. Julio. Augusto.

TETRAGYNIA.

MYRIOPHYLLUM. *Lin. gen. 1163.*

♂—♀. ♂. *Calyx* 1 phyllus 4 dentatus. *Petala* 4 unguiculata, caduca. *Filamenta* capillaria, latere *antherae* infixa.

♀. *Cal.* & *Cor.* maris. *Styl.* O. *Caps.* 4. 1 spermae.



446. *MYRIOPHYLLUM spicatum* caule ramoso, spicis terminalibus nudis, interruptis: floribus bracteatis; foliis pinnatis capillaceis.

*Myriophyllum spicatum* floribus masculis interrupte spicatis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 154.*

*In der Jungfernheide & Grunewald* in fossis frequens. Julio.

Spicae nudae superne masculae. Bractae minutae, subrotundae, acutae, sub singulo floretes; interdum quatuor.

Varietatem semel vidi, foliis superioribus simplicibus, linearibus, integerrimis.

447. *MYRIOPHYLLUM verticillatum* caule simplici, floribus verticillatis, foliis pinnatis, pinnis linearibus carnosiss.

*Myriophyllum verticillatum* floribus omnibus verticillatis hermaphroditis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 154.*

*In der Jungfernheide* prope pontem destructum in fossis frequens, etiamque *im Grunewalde*. Julio.

Caulis semper simplex, rarissime uno alterove ramo. Flores in angulis foliorum verticillati, absque bracteis, dioici. Omnes a me perlustratae plantae semper dioicae, nunquam hermaphroditae erant; etsi plura immo centum usque specimina perlustraverim.

ADOXA. *Lin. gen.* 543.

*Cal.* 2 fidus, inferus. *Cor.* 4 f. 5 fida supera.  
*Pomum* 4 f. 5 locale, calyce coalitum.

448. ADOXA *Moschatellina.* *Lin. syst. ed. R. 2.*  
p. 222.

Prope *Pancko* & in den *Papenbergen* locis umbro-  
sis passim. Aprili. Majo.

PARIS. *Lin. gen.* 542.

*Cal.* 4 phyllus. *Petala* 4, angustiora. *Pomum*  
quadrilocale.

449. PARIS *quadrifolia* foliis quaternis. *Lin. syst.*  
*ed. R. 2.* p. 221.

In den *Papenbergen*, prope *Falckenhagen* im *Els-  
bruch*, ad *Spandau* auf dem *Eiswerder* passim.  
Prope *Fridrichsfelde* rarius, & ad alnorum  
truncos post *Rummelsburg* rarissime. Majo,  
Junio.

Variat foliis quinatis.

*Offic.* (*Radix, Herba, Baccae Paridis.*)

## CLASSIS IX.

## E N N E A N D R I A

## M O N O G Y N I A.

QUERCUS, *Lin. gen.* 1168.

♂ — ♀. ♂. *Cal.* 5 fidus. *Cor.* O.

♀. *Cal.* 1 phyllus, integerrimus, scaber. *Cor.* O.  
*Styl.* 2—5. *Semen* 1. ovatum.

450. QUERCUS *Robur* foliis deciduis oblongis superne latioribus: finibus acutioribus: angulis obtusis. *Lin. syst. ed. R.* 4. p. 163.

α. Quercus foliis deciduis petiolatis oblongis superne latioribus: finibus acutioribus, angulis obtusis, glandibus subsessilibus. *Du Roi herbk.* 2. p. 237.

β. *Quercus femina* foliis deciduis oblongis obtusis, pinnato finuatis, subpetiolatis: glandibus pedunculatis subfolitariis. *Du Roi herbk.* 240.

In nemoribus sylvisque copiose. Majo.

α & β. forte species distinctae.

## DIGYNIA.

MERCURIALIS, *Lin. gen.* 1230.

♂ — ♀. ♂. *Cal.* 3 partitus. *Cor.* O. *Anth.* globolae didymae.

♀. *Cal.* & *Cor.* ut in mare. *Caps.* dicocca 2 locu-

ENNEANDRIA HEXAGYNIA. 147

451. *MERCURIALIS perennis* caule simplicissimo, foliis scabris. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 265.*

*Bei der Fasanerie in den Remisen rarius. Aprili. Majo.*

452. *MERCURIALIS annua* caule brachiato, foliis glabris, floribus spicatis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 265.*

*Beim Invalidenhaufe rarius. Julio. Augusto.*

*Offic. Mercurialis Herba. (Semina.)*

HEXAGYNIA.

*HYDROCHARIS. Lin. gen. 1231.*

♂ — ♀. ♂. *Spatha 2 phylla triflora. Cal. 3 partitus. Cor. 3 petala. Filament. 3. interiora styliformia.*

♀. *Spatha 0. Cal. & Cor, maris. Capsula infera 6 locularis polysperma.*

453. *HYDROCHARIS Morsus ranae. Lin. syst. ed. R. 4. p. 267.*

*In fossis, aquisque stagnantibus frequens. e. g. im Thiergarten, prope Spandau hinterm Gewehrplan &c. Julio. Augusto.*

*BUTOMUS. Lin. gen. 550.*

*Cal. 0. Cor. 6 petala, petalis alternis majoribus. Capsulae 6 polyspermae.*

454. *BUTOMUS umbellatus. Lin. syst. ed. R. 2. p. 233.*

*In fossis, aquisque stagnantibus. Julio.*

---

CLASSIS X.  
 DE CANDRIA  
 MONOGYNIA.

a. Flores polypetali.

MONOTROPA. *Lin. gen.* 583.

*Cal.* O. *Petala* 10; horum 5 exteriora basi excavato mellifera. *Caps.* 5 valvis.

455. MONOTROPA *Hypopithys* floribus lateralibus octandris, terminali decandro. *Lin. syst. ed. R. 2. p.* 280.

*Im Thiergarten in der grossen Eichenallee, die nach den Zeltern führt passim. In der Jungfernheide hinterm Stern & prope Tegel rarius. Junio, Julio.*

LEDUM. *Lin. gen.* 591.

*Cal.* 5 fidus. *Cor.* plana 5 partita. *Caps.* 5 locularis basi dehiscens.

456. LEDUM *palustre* floribus terminalibus corymbosis, foliis linearibus subtus ferrugineis, hirsutis.

*Ledum palustre. Lin. syst. ed. R. 2. p.* 289.

*Ledum palustre* foliis lineari-lanceolatis, subtus ferrugineo tomentosis, staminibus corolla longioribus. *Retzii prod. fl. scand.* 77. n. 435.

In turfosis *des Grunewaldes* versus *Spandau* frequens. Majo. Junio.

*Offic.* Rosmarini sylvestris Herba.

PYROLA. *Lin. gen.* 598.

*Cal.* 5 partitus. *Petala* 5. *Capsula* 5 locularis angulis dehiscens.

457. PYROLA *rotundifolia* staminibus ascendentibus, pistillo declinato. *Lin. syst. ed. R.* 2. p. 299.

*Im Thiergarten, Jungfernheide, prope Tegel & alibi frequens.* Junio.

*Offic.* Pyrolae Herba.

458. PYROLA *minor* floribus racemosis dispersis, staminibus, pistilloque rectis. *Lin. syst. ed. R.* 2. p. 299.

*Im Grunewald, Jungfernheide, Thiergarten, prope Tegel & alibi frequens.* Junio. Julio.

459. PYROLA *secunda* racemo unolaterali. *Lin. syst. ed. R.* 2. p. 300.

*Ad Tegel, Spandau, in den Papenbergen, Thiergarten, Jungfernheide &c. frequens.* Junio. Julio.

460. PYROLA *umbellata* pedunculis subumbellatis. *Lin. syst. ed. R.* 2. p. 300.

*Prope Tegel frequens, im Thiergarten rarius.* Junio. Julio.

461. PYROLA *uniflora* scapo unifloro. *Lin. syst. ed. R.* 2. p. 300.

*Im Grunewald, Papenbergen, prope Tegel haud infrequens. Im Thiergarten, Jungfernheide rarius. Junio. Julio.*

*b. Flores monopetali.*

ANDROMEDA. *Lin. gen. 593.*

*Cal. 5 partitus. Cor. ovata: ore 5 fido. Capsula 5 locularis.*

462. ANDROMEDA *polifolia* pedunculis aggregatis, corollis ovatis, foliis alternis lanceolatis revolutis. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 293.*

*Im Grunewald & hinter Tempelhoff lacubus turfosis frequens. Majo.*

ARBUTUS. *Lin. gen. 596.*

*Cal. 5 partitus. Cor. ovata: ore basi pellucida. Pomum 5 loculare.*

463. ARBUTUS *Uva ursi* caulibus procumbentibus, foliis integerrimis. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 298.*

*In der Jungfernheide haud procul a nemore Tegelenfi unico tantum loco. Majo.*

*Offic. Uvae ursi Folia.*

DIGYNIA.

CHRYSOSPLENIUM. *Lin. gen. 607.*

*Cal. 4 f. 5 fidus coloratus persistens. Cor. O. Capsula 2 rostris unilocularis polysperma.*

464. CHRYSOSPLENIUM *alternifolium* foliis alternis. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 307.*

Prope dem Invalidenhanse, Pancko, Reineckendorf, Briselang, in nemoribus & ad fossas alibi que frequens. Aprili. Majo.

Offic. (*Chrysoplenii* s. *Nasturtii petraei* Herba.)

SAXIFRAGA. *Lin. gen.* 608.

*Cal.* 5 partitus. *Cor.* 5 petala. *Capsula* birostris, unilocularis, polysperma.

465. *SAXIFRAGA granulata* foliis caulinis reniformibus lobatis, caule ramoso, radice granulata. *Lin. syst. ed. R. 2. p.* 317.

In der Hasenheide ad marginem scrobis limosae copiose. In der Jungferuheide, Thiergarten, prope Tegel & alibi frequens. Majo. Junio.

Offic. (*Saxifragae Radix sub nomine Seminis.*)

466. *SAXIFRAGA tridactylides* foliis caulinis cuneiformibus trifidis alternis, caule erecto ramoso. *Lin. syst. ed. R. 2. p.* 319.

*Saxifraga* foliis petiolatis, trilobatis, caule erecto, ramoso & folioso. *Hall. helv.* 986.

In agris & arvis prope Pancko & Spandau passim. Aprili. Majo.

SCLERANTHUS. *Lin. gen.* 611.

*Cal.* 1 phyllus. *Cor.* 0. *Semen* 1. calyce inclusum.

467. *SCLERANTHUS annuus* laciniis calycis patulis acutis viridibus.

*Scleranthus annuus* calycibus fructus patulis. *Lin. syst. ed. R. 2. p.* 323.



Ad versuras agrorum, inque arvis passim.

*In der Jungfernheide* ad vias frequens. Aestate.

468. *SCLERANTHUS perennis* laciniis calycis erectis, obtusis, albido marginatis.

*Scleranthus perennis* calycibus fructus clausis.

*Lin. syst. ed. R. 2. p. 323.*

*In der Hasenheide & Jungfernheide* copiose. Aestate.

*Offic. (Polygoni cocciferi Herba, Coccionella polonica.)*

*GYPSOPHILA. Lin. gen. 612.*

*Cal. 1* phyllus, campanulatus, angulosus, 5 fidus.

*Petala 5*, ovata, fessilia. *Capsula* globosa, 1 locularis, 5 valvis, polysperma.

469. *GYPSOPHILA muralis* foliis linearibus planis, calycibus aphyllis, caule dichotomo, petalis crenatis. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 327.*

*In der Hasenheide* passim. Augusto. Septembri.

*SAPONARIA. Lin. gen. 613.*

*Cal. 1* phyllus nudus. *Petala 5*, unguiculata.

*Capsula* oblonga unilocularis.

470. *SAPONARIA officinalis* calycibus cylindricis, petalis integris, foliis ovato-lanceolatis.

*Saponaria officinalis* calycibus cylindricis, foliis ovato-lanceolatis. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 328.*

*In coemeterio ad Pancko & alibi* passim. Aestate.

*Offic. Saponariae rubrae Radix.*

471. *SAPONARIA dioica* floribus dioicis pentagynis, calycibus angulatis subinflatis, petalis bifidis, foliis lanceolatis.

*Lichnis dioica* floribus dioicis. *Lin. syst. ed. R.*  
2. p. 397.

In ruderatis ad pagos, vias, inque agris, arvis & nemoribus copiose. Aestate.

*Offic.* Saponariae albae Radix.

Capsula semper unilocularis, nunquam quinquelocularis, styli quinque quidem saepissime adfunt, tamen cum stylis tribus & quatuor vidi. Numerus in re herbaria nil valet, ea propter ad Saponariam, quum capsula praestantior sit, amandavi.

Interdum tantum flores hermaphroditos profert. Varietatem vero rubram, nondum Berolini legi. Nescio sane, anne specie sit diversa? In varietate rubra, folia multo obtusiora, & filamenta pilosa sunt.

*DIANTHUS. Lin. gen. 614.*

*Cal.* cylindricus monophyllus basi squamis 4.  
*Petala* 5 unguiculata. *Capsula* cylindrica unilocularis.

\* *Flores aggregati.*

472. *DIANTHUS carthusianorum* floribus subaggregatis, squamis calycinis ovatis aristatis tubum subaequantibus, foliis trinerviis. *Lin. syst. ed. R.* 2. p. 332.

In collibus apricis graminosis, ad agrorum ver-  
furas, in pascuis ficcioribus nemoribusque  
copiose. Aestate.

473. *DIANTHUS prolifer* floribus aggregatis capi-  
tatis squamis calycinis ovatis obtusis muticis,  
tubum superantibus. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 333.*  
Inter portam Halensem & Lipsiensem passim. Ju-  
lio. Augusto.

\*\* *Flores solitarii plures in eodem caule.*

474. *DIANTHUS deltoides* floribus solitariis:  
squamis calycinis lanceolatis binis, corollis  
crenatis. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 335.*

*Im Thiergarten, Hasenheide, prope Fridrichs-  
felde & alibi frequens. Aestate.*

475. *DIANTHUS superbus* floribus paniculatis,  
squamis calycinis brevibus acuminatis, corollis  
multifido-capillaribus, caule erecto. *Lin. syst.  
ed. R. 2. p. 337. Jacq. observ. I. p. 40. t. 25.*  
Locis graminosis ad Schoenhausen, Rummelsburg,  
Spandau & alibi passim. Julio, Augusto.

### TRIGYNIA.

*CUCUBALUS. Lin. gen. 615.*

*Cal. inflatus. Petala 5. unguiculata absque coro-  
na ad faucem. Capsula trilocularis.*

476. *CUCUBALUS Behen* calycibus subglobosis gla-  
bris reticulato-venosis, capsulis trilocularibus,  
corollis subnudis. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 340.*

*Im Thiergarten, Jungfernheide, Papenberg,*  
 prope *Tegel, Spandau* & alibi passim. In  
*Briselang* copiose. Julio. Augusto.

477. CUCUBALUS *chloranthus* scapis subaphyllis,  
 floribus secundis: petalis linearibus bifidis,  
 foliis radicalibus petiolatis oblongis acutis.

TAB. V. fig. 9.

In editioribus gramineis prope *Spandau bei den*  
*Pulvermagazinen* passim, *hinterm Gewehrplan*  
 frequens. Junio. Julio.

Radix perennis. Folia radicalia petiolata gla-  
 bra oblonga acuta, margine integerrimo re-  
 trorsum scabro. Scapus pedalis & ultra, sub-  
 teres, glaber, geniculatus, subnudus. Ge-  
 niculae foliis binis oppositis setaceis vaginan-  
 tibus, vaginis apice sphaelatis, munitae.  
 Flores paniculati secundi; pedunculis uniflo-  
 ris vel bifloris, durante anthesi nutantes, po-  
 stea erecti. Calyx cylindricus, inflatus: laci-  
 niis acutis. Petala fordide viridia linearia bi-  
 fida. Stamina longitudine corollae. Germen  
 pedicellatum. Styli tres corolla longiores.  
 Capsulae triloculares calyce inclusae.

478. CUCUBALUS *Otites* floribus divisis, petalis  
 linearibus indivisis. *Lin. Syst. ed. R. 2.*  
 P. 343.

In collibus arenosis apricis ad *Schoeneberg, Span-*  
*dau* & alibi frequens. Majo. Junio.

SILENE. *Lin. gen.* 616.

*Cal. ventricosus. Petala 5. unguiculata coronata ad faucem. Caps. 3 locularis.*

479. SILENE *nutans* petalis bifidis, floribus lateralibus secundis cernuis, panicula nutante. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 347.*

*In der Hasenheide, Papenberggen frequens. In der Jungfernheide rarius. Majo, Junio.*

STELLARIA. *Lin. gen.* 617.

*Cal. 5 phyllus, patens. Petala 5. bipartita. Caps. 1 locularis polysperma.*

480. STELLARIA *Holostea* foliis lanceolatis serrulatis, petalis bifidis. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 357.*

*In nemoribus locis umbrosis humidis frequens. Majo.*

481. STELLARIA *graminea* foliis linearibus integerrimis, floribus paniculatis. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 357.*

*In der Hasenheide, Thiergarten & alibi frequens. Junio.*

482. STELLARIA *aquatica* foliis lanceolatis, petalis bipartitis, calycem longitudine aequantibus. *Pollich. pal. 1. p. 429. n. 422.*

*Stellaria Dilleniana* caule flaccido, foliis lineari-lanceolatis, pedunculis terminalibus bifloris, petalis bipartitis. *Moench. hass. 1. p. 214. n. 364. t. 6.*

Alfne foliis lanceolatis, petalis bipartitis, petiolis unifloris. *Hall. helv.* 1. p. 387.

Alfne aquatica, folio gratiolae, stellato flore. *Dill giff.* p. 58.

In paludibus ad *Spandau* frequens. Junio. Julio.  
Non confundenda cum *Stellaria hypercifolia*.  
*Wiggers primit.* 34. n. 364.

ARENARIA. *Lin. gen.* 618.

*Cal.* 5 phyllus patens. *Petala* 5 integra. *Capsula* unilocularis polysperma.

483. ARENARIA *trinervia* foliis ovatis, acutis, petiolatis, nervosis. *Lin. syst. ed. R.* 2. p. 360.

In der Jungfernheide, Thiergarten &c. passim. Aestate.

484. ARENARIA *serpillifolia* foliis subovatis acutis sessilibus, corollis calyce brevioribus. *Lin. syst. ed. R.* 2. p. 361.

In agris, arvis, pascuis frequens. Aestate.

485. ARENARIA *rubra* foliis filiformibus, stipulis membranaceis vaginantibus. *Lin. syst. ed. R.* 2. p. 362.

*Arenaria rubra campestris.* α.

Alfne spergulae facie, minor. f. *Spergula minor*, subcaeruleo flore. *Bauh. pin.* 251. prod. 119.

In der Jungfernheide hinterm Stern, ad Friedrichsfelde passim. Julio.

486. *ARENARIA media* foliis linearibus carnosis, stipulis membranaceis, caulibus pubescentibus. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 363.*

In pascuis sabulosis ad *Spandau* versus *der Jungfernheide* frequens. Aprili. Majo.

Differt a *Spergula pentandra* L.

- 1) stipulis membranaceis.
- 2) pistillis tribus.
- 3) caulibus magis pubescentibus.

487. *ARENARIA tenuifolia* foliis subulatis, caule paniculato, capsulis erectis, petalis calyce brevioribus lanceolatis. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 365.*

In agris ante *portam Halensem* & prope *dem Vogtlande* alibique passim. Julio. Augusto.

### PENTAGYNIA.

*SPERGULA. Lin. gen. 638.*

*Cal. 5 phyllus. Petala 5. integra. Capsula ovata unilocularis, 5 valvis.*

488. *SPERGULA arvensis* foliis verticillatis, seminibus nudis.

*Spergula arvensis* foliis verticillatis, floribus decandris. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 403.*

In agris, arvis, pascuis, arenosis copiose. Aestate.

489. *SPERGULA vernalis* foliis verticillatis, seminibus marginatis: margine diaphano albo.

*Spergula pentandra* foliis verticillatis, floribus pentandris. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 404.*

In campis sterilissimis arenosis versus *Grunewald* copiose. *In der Hasenheide* passim. Aprili.

Flores, quos vidi, semper decandri erant, nunquam pentandri. Simillima *Arenariae mediae*, quae etiam femina albo marginata possidet.

490. SPERGULA *nodosa* foliis oppositis subulatis laevibus, caulibus simplicibus. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 404.*

In pratis humidis *beim Unterbaum*, *in der Jungfernheide*, ante portam *Halensem* & alibi frequens. Julio. Augusto.

CERASTIUM. *Lin. gen. 637.*

*Cal. 5* phyllus. *Petala* bifida. *Capsula* unilocularis apice 5 dentato, dehiscens.

\* *Capsulis oblongis.*

491. CERASTIUM *vulgatum* foliis ovatis, petalis calyci aequalibus, caulibus diffusis. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 398.*

In nemoribus, locisque gramineis frequens. e. g. *In der Jungfernheide* &c. Aestate.

492. CERASTIUM *viscosum* erectum villoso viscosum. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 399.*

Ad sepes, pagos, inque ruderatis passim. Aprili. Majo.

Planta vix digitalis.



493. CERASTIUM *semidecandrum* floribus pentandris, petalis emarginatis. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 399.*

Ad pagos, vias, sepes in agris frequens. Aprili. Majo.

494. CERASTIUM *arvense* foliis lineari-lanceolatis obtusis glabris, corollis calyce majoribus. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 400.*

In versuris agrorum frequens. v. g. Prope *venatorem aulicum im Thiergarten*, ad *Reineckendorf &c.* Majo. Junio.

\*\* *Capsulis subrotundis.*

495. CERASTIUM *aquaticum* foliis cordatis fessilibus, floribus solitariis, fructibus pendulis. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 402.*

Locis humidis nemorosis, ad sepes, in fossis frequens. e. g. *in der Jungfernheide, Thiergarten*, ante *portam Halensem im Aufstall*, ad *Buchholtz &c.* Aestate.

SEDUM. *Lin. gen. 629.*

*Cal. 5 fidus. Cor. 5 petala. Squamae nectariferae 5. ad basin germinis. Capsulae 5. polyspermae.*

\* *Planifolia.*

496. SEDUM *Telephium* foliis planiusculis ferratis, corymbo folioso, caule erecto. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 380.*

β. *Telephium purpureum majus. Bauh. pin.*

Prope *Tegel, Spandau, Pancko, Fridrichsfelde*  
& alibi frequens.  $\beta$ . rarius. Julio. Augusto.  
*Offic. (Fabariae. f. Thelephii Radix.)*

\*\* *Teretifolia.*

497. *SEDUM rupestre* foliis subulatis quinquefariam confertis basi solutis, floribus cymosis.  
*Lin. syst. ed. R. 2. p. 383.*

*Retzii prod. fl. Scand. 85. n. 500.*

*Inter Charlottenburg & Spandau* in collibus, *oviarum* versus frequens. Junio, Julio.

Variat Staminibus 6 usque 12.

498. *SEDUM album* foliis oblongis obtusis teretiusculis sessilibus patentibus, cyma ramosa. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 383.*

In hortis frequens cultum. Junio.

Ad acetaria praecedenti cum specie frequens adhibetur.

499. *SEDUM acre* foliis subovatis adnato-sessilibus gibbis erectiusculis alternis, cyma trifida.  
*Lin. syst. ed. R. 2. p. 384.*

In campis arenosis, collibus, muris, tectisque stramineis copiosissime. Junio.

*Offic. (Herba Sedi minoris.)*

500. *SEDUM sexangulare* foliis subovatis adnato-sessilibus, gibbis erectiusculis, sexfariam imbricatis. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 384.*

lisdem locis passim. Junio.

Costa foliorum elevata, inde folia fere triangularia videntur. Folia in caule florifero dense imbricata, cum in Sedo acri alterna. Cymae pauci-florae.

OXALIS. *Lin. gen.* 634.

*Cal.* 5 phyllus. *Petala* unguibus connexa. *Caps.* 5 locularis, angulis dehiscens, 5 gona.

501. OXALIS *Acetosella* scapo unifloro, foliis ternatis obcordatis, radice dentata. *Lin. syst. ed. R. 2. p.* 388.

Prope Tegel, in den Papenberggen frequens, ad Pancko rarius. Aprili. Majo.

*Offic.* Herba Acetosellae.

502. OXALIS *corniculata* pedunculis umbelliferis, caule ramofo. *Lin. syst. ed. R. 2. p.* 392.

Locis cultis & hortis vulgaris. Junio.

AGROSTEMMA. *Lin. gen.* 635.

*Cal.* 1 phyllus, coriaceus. *Petala* 5 unguiculata, limbo obtuso indiviso. *Capsula* 1 locularis.

503. AGROSTEMMA *Githago* hirsuta, calycibus corollam aequantibus petalis integris nudis. *Lin. syst. ed. R. 2. p.* 393.

Inter segetes copiosissime. Junio.

*Offic.* (Lolii Semina.)

LYCHNIS. *Lin. gen.* 636.

*Cal.* I phyllus, oblongus, laevis. *Petala* 5. unguiculata: limbo subbifido. *Capsula* quinquelocularis.

504. LYCHNIS *Flos cuculi* petalis quadrifidis, fructu subrotundo. *Linn. syst. ed. R. 2.* p. 395.

In pratis, pascuis paludosis, nemoribusque humidis copiose. Majo. Junio.

505. LYCHNIS *Viscaria* petalis integris. *Lin. syst. ed. R. 2.* p. 396.

Lychnis foliis lanceolatis, floribus verticillatis, spicatis. *Hall. helv. n.* 927.

In den Papenberggen frequens. Majo. Junio.

Variat interdum floribus plenis.

## CLASSIS XI.

## D O D E C A N D R I A

## M O N O G Y N I A.

ASARUM. *Lin. gen.* 642.

*Cal.* 3 fidus germini connatus. *Cor.* O. *Capsf.*  
coriacea sexlocularis.

506. ASARUM *europaeum* foliis reniformibus obtusis, binis. *Lin. syst. ed. R. 2. p.* 411.

Asarum foliis reniformibus subhirsutis, *Hall. helv.* n. 1547.

*In den Papenberggen rarius.* Majo.

*Offic.* Asari Radix.

PORTULACA. *Lin. gen.* 659.

*Cal.* 2 fidus. *Corolla* 5 petala. *Capsula* unilocularis, circumscissa.

507. PORTULACA *oleracea* foliis cuneiformibus, floribus sessilibus. *Lin. syst. ed. R. 2. p.* 423.

*In ruderatis & cultis frequens.* Julio.

Flos meridiano sub sole, ad horam duodecimam apertus.

*Offic.* Herba Portulacae recens. (*Semina.*)

LYTHRUM. *Lin. gen.* 660.

*Cal.* 12 dentatus. *Petala* 6. calyci inserta. *Capsf.* bilocularis polysperma.

DODECANDRIA DIGYNIA. 165

508. *LYTHRUM Salicaria* foliis oppositis cordato-lanceolatis, floribus spicatis dodecandris. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 426.*

Ad fluviorum ripas, in fossis, paludibus, pratisque inundatis copiose. Julio.

Dentes calycini inaequales. Petala 6. interdum 5. Stamina 6. caeteris longiora.

*Offic.* Herba florens *Lyfimachiae purpureae*. f. *Salicariae*.

509. *LYTHRUM Hyssopifolia* foliis alternis linearibus, floribus hexandris. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 428.*

Ante portam *Strahlowianam* locis humidis rarius. Julio. Augusto.

Differt a *Lythro Thymifolia*:

1) foliis multo latioribus.

2) caule minori.

3) floribus hexandris hexapetalis.

DIGYNIA.

*AGRIMONIA. Lin. gen. 663.*

*Cal.* 5 dentatus; altero obvallatus. *Petala* 5. *Semina* 2. in fundo calycis.

510. *AGRIMONIA Eupatoria* foliis caulinis pinnatis, impari petiolato, fructibus hispidis. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 430.*

In pascuis, coemeteriis, ad pagos, sepes, vias, inque nemoribus frequens. Julio. Augusto.

*Offic.* *Agrimoniae Herba.*

CARPINUS. *Lin. gen.* 1171.

♂. ♀. ♂. *Cal.* 1 phyllus: squama ciliata. *Cor.* O.

♀. *Cal.* & *Cor.* maris. *Germ.* 2. *Nuces* 2. ovatae.

511. CARPINUS *Betulus* squamis strobulorum planis. *Lin. syst. ed. R.* 4. p. 168.

*Im Thiergarten, prope Buchholtz frequens, alibi in nemoribus passim. Aprili. Majo.*

### TRIGYNIA.

FAGUS. *Lin. gen.* 1170.

♂ — ♀. ♂. *Cal.* 5 fidus campanulatus. *Cor.* O.

♂. *Cal.* 4 dentatus. *Cor.* O. *Capsula* muricata 4 valvis. *Sem.* 2.

512. FAGUS *sylvatica* foliis ovatis obsolete ferratis. *Lin. syst. ed. R.* 2. p. 167.

*Im Thiergarten, Briselang frequens & alibi passim. Aprili. Majo.*

RESEDA. *Lin. gen.* 664.

*Cal.* 1 phyllus persistens. *Petala* laciniata. *Capsula* unilocularis hians.

513. RESEDA *Luteola* foliis lanceolatis integris, basi utrinque unidentatis, calycibus quadrifidis. *Lin. syst. ed. R.* 2. p. 431.

*Ad Fridrichsfelde rarius. Julio. Augusto.*

EUPHORBIA. *Lin. gen.* 665.

*Cal.* 1 phyllus. *Cor.* 4. 5 petala, calyci inserta.

*Capsula* tricocca.

\* *Umbella trifida.*

514. EUPHORBIA *Peplus* umbella trifida, dichotoma, involucellis ovatis, foliis integerrimis obovatis petiolatis. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 444.*

Tithymalus foliis rotundis, stipulis floralibus cordatis, petalis argute corniculatis. *Hall. helv. n. 1049.*

Locis cultis inque ruderatis frequens. Augusto.

\*\* *Umbella quadrifida.*

515. EUPHORBIA *Lathyris* umbella quadrifida dichotoma, foliis oppositis integerrimis. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 445.*

Inter olera nonnullis in hortis spontanea. Julio. Augusto.

*Offic. (Cataputiae minoris Semina.)*

\*\*\* *Umbella quinquefida.*

516. EUPHORBIA *segetalis* umbella quinquefida, dichotoma, involucellis cordatis acutis, foliis lineari-lanceolatis: superioribus latioribus. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 450.*

Inter segetes ad *Weissensee* passim, prope *Steglitz* frequens. Majo. Junio.

517. EUPHORBIA *helioscopia* umbella quinquefida: trifida: dichotoma, involucellis obovatis, foliis cuneiformibus serratis. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 450.*

In cultis, ruderatis, ad pagos copiosissime. Ac-



\*\*\*\* *Umbella multifida.*

518. EUPHORBIA *Esula* umbella multifida: bifida, involucellis subcordatis, petalis bicornibus, ramis sterilibus, foliis uniformibus. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 454.*

*Ehrhardt. hanoev. Magaz. 18 Stück 1783. p. 273. n. 26.*

Ante portam Halensem ad viam versus Schoenberg rarius. Junio.

Simillima Euphorbiae Cajogalae *Ehrhartii*, vel *Gerardianae Jacquinii*.

Nostra differt ab illa:

- 1) petalis bicornibus.
- 2) ramis sterilibus.
- 3) foliis venosis nec trinerviis angustioribus.

519. EUPHORBIA *Cyparissias* umbella multifida dichotoma, involucellis subcordatis; ramis sterilibus, foliis setaceis caulinis lanceolatis. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 454.*

*β. Euphorbia degener. Riv.*

*Tithymalus cyparissias*, foliis punctis croceis notatis. *Bauh. pin. 291.*

Ad vias, agrorum versuras, in pascuis, collibus alibique copiosissime. Majo, Junio.

*Offic. (Radix Esulae.)*

520. EUPHORBIA *palustris* umbella multifida, subtrifida: bifida, involucellis ovatis, foliis lanceolatis, ramis sterilibus. *Lin. syst. ed. R. 2.*

DODECANDRIA DODECAGYNIA. 169

Tithymalus foliis ellipticis, ramis umbellam  
superantibus, capsulis exasperatis. *Hall.*  
*helv.* n. 1054.

Ad fossas prope *Schoenewalde* passim, in *Bri-  
selang* hinter dem *Finckenkrug* copiosissime.  
Majo, Junio.

DODECAGYNIA.

SEMPERVIVUM. *Lin. gen.* 667.

*Cal.* 12 partitus. *Petala* 12. *Capsula* 12 poly-  
spermae.

521. SEMPERVIVUM *tectorum* foliis ciliatis, pro-  
paginibus patentibus. *Lin. syst. ed. R.* 2.  
p. 489.

In tectis pagorum inque hortis copiose. Julio.  
*Offic.* Sedi majoris Herba recens.

---

## CLASSIS XII.

## ICOSANDRIA

## MONOGYNIA.

PRUNUS. *Lin. gen.* 675.

*Cal.* 5 fidus inferus. *Petala* 5. *Drupa* nux futuris prominentibus.

522. PRUNUS *Padus* floribus racemosis, foliis deciduis basi subtus biglandulosis. *Lin. syst. ed. R. 2. p.* 403.

*Im Thiergarten & alibi passim. Majo.*

523. PRUNUS *Cerasus* umbellis subpedunculatis, foliis ovato-lanceolatis glabris conduplicatis. *Lin. syst. ed. R. 2. p.* 486.

*In hortis frequens culta, rarius spontanea. Aprili. Majo.*

*Offic. Ceraforum acidorum Fructus.*

524. PRUNUS *avium* umbellis sessilibus, foliis ovato-lanceolatis, subtus pubescentibus conduplicatis. *Lin. syst. ed. R. 2. p.* 487.

*Im Thiergarten frequens & alibi passim. In hortis copiose plantatur. Aprili. Majo.*

*Offic. Ceraforum nigrorum Flores & Nuclei.*

525. PRUNUS *domestica* pedunculis subsolitariis, foliis lanceolato-ovatis convolutis, ramis mucicis. *Lin. syst. ed. R. 2. p.* 468

*Im Thiergarten* passim, culta in hortis copiosissime. Majo. Aprili.

*Offic.* Fructus Pruni,

526. PRUNUS *spinosa* pedunculis solitariis, foliis lanceolatis glabris, ramis spinglis. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 489.*

Ad *Rummelsburg, Tegel, Pancko, Spandau* & alibi frequens. Aprili. Majo.

*Offic.* Fructus & Flores *Acaciae nostratis. f. Prunaeoli sylvestris. (Radix, Cortex.)*

### DIGYNIA.

CRATAEGUS. *Lin. gen. 678.*

*Cal. 5 fidus. Petala 5. Bacca infera 2 sperma.*

527. CRATAEGUS *Oxyacantha* foliis obtusis, subtrifidis serratis. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 494.*

In nemoribus frequens. e. g. *im Thiergarten, Jungfernheide, prope Tegel* &c. Majo.

*Offic.* (Spinae albae. f. *Oxyacanthae Folia, Flores, Fructus.*)

### TRIGYNIA.

SORBUS. *Lin. gen. 679.*

*Cal. 5 fidus. Petala 5. Bacca infera 3 sperma.*

528. SORBUS *aucuparia* foliis pinnatis utrinque glabris. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 495.*

In nemoribus, praecipue *im Thiergarten, Hasenheide* & alibi frequens. Majo.

*Offic.* Fructus Sorbi.

## PENTAGYNIA.

MESPILUS. *Lin. gen.* 681.

*Cal.* 5 fidus. *Petala* 5. *Bacca* infera 5 sperma.

529. MESPILUS *germanica* inermis, foliis lanceolatis subtus tomentosis, floribus sessilibus foliariis. *Lin. syst. ed. R. 2.* p. 497.

Prope *Schoenewald* in nemore ad viam versus *Pausin* rarius. Majo.

*Offic.* (*Mespili Fructus & Semina.*)

PYRUS. *Lin. gen.* 682.

*Cal.* 5 fidus. *Petala* 5. *Pomum* inferum 5 loculare polyspermum.

530. PYRUS *communis* foliis ferratis laevibus, floribus corymbosis. *Lin. syst. ed. R. 2.* p. 500.

Im *Thiergarten* & alibi passim. Plantata in hortis copiose. Aprili. Majo.

531. PYRUS *Malus* foliis ferratis, umbellis sessilibus. *Lin. syst. ed. R. 2.* p. 501.

In nemoribus rarius. Plantata copiose. Eodem tempore.

*Offic.* (*Mali sylvestris Fructus.*)

SPIRAEA. *Lin. gen.* 686.

*Cal.* 5 fidus. *Petala* 5. *Capsulae* 2 valves, polyspermae.

\* *Fruticosae.*

532. SPIRAEA *salicifolia* foliis lanceolatis obtusis ferratis nudis, floribus duplicato . racemosis.

*Lin. syst. ed. R. 2.* p. 520

Ad sepes & dumeta *im Moabiterlande* ac si spontanea frequens. Junio. Julio.

\*\* *Herbaceae.*

533. SPIRAEA *Filipendula* foliis interrupte pinnatis, foliolis lineari-lanceolatis interrupte ferratis glaberrimis, floribus cymosis. *Lin. suppl. pl. 262.*

*Spiraea Filipendula* foliis pinnatis, foliolis uniformibus ferratis, caule herbaceo, floribus corymbosis. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 523.*

In nemoribus, pascuis, pratisque ficcis frequens. Junio. Julio.

Germina semper decem, rarius quinque.

*Offic. (Filipendulae s. Saxifragae rubrae Radix & Herba.)*

534. SPIRAEA *Ulmaria* foliis interrupte pinnatis, foliolis ovatis biferratis subtus canis, floribus cymosis. *Lin. suppl. pl. 262.*

*Spiraea Ulmaria* foliis pinnatis: impari majore lobato, floribus cymosis. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 523.*

In pratis uliginosis, ad fossas & alibi copiose. Julio. Augusto.

*Offic. Flores Barbae Caprinae. s. Ulmariae. (Radix & Herba.)*

## POLYGYNIA.

ROSA. *Lin. gen.* 687.

*Cal.* urceolatus, 5 fidus, carnosus, collo coarctatus, *Petala* 5. *Semina* plurima, hispida, calycis interiori lateri affixa.

\* *Germinibus ovatis.*

535. ROSA *rubiginosa* germinibus ovatis: basi pedunculisque aculeatis, caule aculeis recurvis, foliis subtus rubiginosis. *Leyffer halens.* ed. 2. p. 122. n. 495.

*Rosa rubiginosa* germinibus globosis, aculeatisque, aculeis recurvis, foliis subtus rubiginosis. *Lin. syst. ed. R. 2.* p. 525.

*Rosa eglantheria.* *Mill. dict.* n. 1.

Ad sepēs, dumeta, inque nemoribus passim. Junio.

536. ROSA *canina* germinibus ovatis pedunculisque glabris, caule petiolisque aculeatis. *Lin. syst. ed. R. 2.* p. 530.

In dumetis, sepibus, & nemoribus frequentissima. Junio.

*Offic.* Cynosbati Fructus (*Rosae sylvestris Flores, Bedeguar vel excrescentiae carnosae insectorum.*)

\*\* *Germinibus globosis.*

537. ROSA *villosa* germinibus globosis, pedunculisque hispidis, caule aculeis sparsis, petiolis aculeatis, foliis tomentosis. *Lin. syst. ed. R. 2.* p. 527.

ICOSANDRIA POLYGYNIA. 175

*In der Jungfernheide, prope Spandau, Tegel  
& alibi passim. Junio.*

RUBUS. *Lin. gen. 688.*

*Cal. 5 fidus. Petala 5. Bacca composita acinis  
monospermis.*

\* *Frutescentes.*

538. RUBUS *idaeus* foliis quinato pinnatis ternatisque, caule aculeato, petiolis canaliculatis. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 532.*

*Im Thiergarten copiose & alibi frequens. Majo.  
Junio.*

*Offic. Rubi idaei Fructus. (Folia.)*

539. RUBUS *fruticosus* foliis quinato-digitatis ternatisque, caule petiolisque aculeatis. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 534.*

*In nemoribus, sepibus, dumetis abunde.*

*Offic. Rubi fruticosi Fructus.*

540. RUBUS *caesius* foliis ternatis subnudis lateralibus bilobis, caule aculeato tereti. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 534.*

*In agris & arvis frequens. Junio.*

\*\* *Herbacei.*

541. RUBUS *saxatilis* foliis ternatis nudis, flagellis reptantibus herbaceis. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 536.*

*Im Thiergarten rarius. Majo.*



FRAGARIA. *Lin. gen.* 689.

*Cal.* 10 fidus. *Petala* 5. *Receptaculum* ovatum  
carnosum, deciduum, feminibus obsitum.

542. FRAGARIA *vesca* flagellis reptantibus. *Lin.*  
*syst. ed. R. 2. p.* 537.

In nemoribus copiosissime. Majo.

*Offic.* Fragariae Radix, Fructus. (*Herba.*)

POTENTILLA. *Lin. gen.* 690.

*Cal.* 10 fidus. *Petala* 5. *Semina* subrotunda, nu-  
da, *receptaculo* parvo exsucco, affixa.

\* *Foliis pinnatis.*

543. POTENTILLA *Ansarina* foliis interrupte pin-  
natis dentatis, subtus tomentosus, caule re-  
pente, pedunculis unifloris.

*Potentilla Ansarina* foliis pinnatis ferratis, caule  
repente, pedunculis unifloris. *Lin. syst. ed.*  
*R. 2. p.* 539.

In pascuis, pratis, ad fossas & vias copiose.  
Majo. Junio.

*Offic.* Ansarinae Herba.

544. POTENTILLA *supina* foliis pinnatis, caule  
dichotomo decumbente. *Lin. syst. ed. R. 2.*  
*p.* 542.

In urbe sub falicibus versus portam Strahlowia-  
nam frequens. Junio. Julio.

\*\* *Foliis digitatis.*

545. POTENTILLA *argentea* foliis quinatis cunei-  
formibus incisus subtus tomentosus, caule  
erecto. *Lin. syst. ed. R. 2. p.* 543.

Ad vias, fepes, inque ruderatis ad pagos frequens. Aestate.

546. *POTENTILLA opaca* foliis radicalibus quinatis cuneiformibus ferratis, caulinis suboppositis, ramis filiformibus decumbentibus. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 594.*

*Im Thiergarten, Papenbergen, prope Tegel locis nemorosis umbrosis passim. Majo.*

547. *POTENTILLA verna* foliis radicalibus quinatis acute ferratis retusis, caulinis ternatis, caule declinato. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 544.*

In collibus, nemoribusque apricis copiose. e. g. *versus Schoeneberg, im Thiergarten, Jungfernheide, Tegel &c. Aprili. Majo. Interdum Septembri. Octobri.*

548. *POTENTILLA alba* foliis quinatis apice conniventi ferratis, caulibus filiformibus procumbentibus, receptaculis hirsutis. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 546.*

*Im Thiergarten frequens. Majo.*

549. *POTENTILLA reptans* foliis quinatis, caule repente, pedunculis unifloris. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 547.*

In nemoribus, locis subhumidis copiose. *Junio. Julio.*

*Offic. Quinquefolii s. Pentaphylli Radix & Herba.*

TORMENTILLA. *Lin. gen. 691.*

*Cal.* 8 fidus. *Petala* 4. *Semina* subrotunda, nuda, *receptaculo* parvo exsucco affixa.

550. TORMENTILLA *erecta* caule erectiusculo, foliis sessilibus. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 550.*

*Im Thiergarten, Jungfernheide, prope Friedrichsfelde, Tegel & alibi frequens. Aestate.*

*Offic. Tormentillae Radix. (Herba.)*

551. TORMENTILLA *reptans* caule repente, foliis petiolatis. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 550.*

*Im Thiergarten passim. Junio, Julio.*

GEUM. *Lin. gen. 692.*

*Cal.* 10 fidus. *Petala* 5. *Sem.* arista geniculata.

552. GEUM *urbanum* floribus erectis, fructibus globosis villosis: aristis uncinatis nudis, foliis lyratis. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 551.*

*In nemoribus ad sepes, dumeta frequens. e. g. im Thiergarten, Jungfernheide, prope Spandau &c. Junio, Julio.*

*Offic. Caryophyllatae Radix.*

553. GEUM *rivale* floribus nutantibus, fructu oblongo, aristis plumosis. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 552.*

*Locis humidis inque pratis, im Thiergarten, Jungfernheide & alibi frequens. Majo, Junio.*

*Offic. (Gei rivali Herba.)*

ICOSANDRIA POLYGYNIA. 179

COMARUM. *Lin. gen.* 694.

*Cal.* 10 fidus. *Petala* 5 calyce minora. *Recept.*  
feminum ovatum, spongiosum, persistens.

554. COMARUM *palustre.* *Lin. syst. ed. R. 2.*  
P. 554.

Fragaria foliis pinnatis, petalis ligulatis minimis. *Hall. helv. n.* 1128.

*In der Jungfernheide, locis uliginosis copiose.*  
Aestate.

---

## CLASSIS XIII.

## POLYANDRIA

## MONOGYNIA.

*a. Flores tetrapetali.*CHELIDONIUM. *Lin. gen.* 703.*Cal.* 2 phyllus. *Cor.* 4 petala. Siliqua 1 locularis linearis.555. CHELIDONIUM *majus* pedunculis umbellatis. *Lin. syst. ed. R.* 2. p. 569.In ruderatis, ad pagos & sepes copiose. Aestate. *Offic.* (*Herba & Radix Chelidonii majoris.*)PAPAVER. *Lin. gen.* 704.*Cal.* 2 phyllus. *Cor.* 4 petala. *Capsula* 1 locularis sub stigmatate persistente dehiscens.\* *Capsulis hispidis.*556. PAPAVER *Argemone* capsulis clavatis hispidis, caule folioso multifloro. *Lin. syst. ed. R.* 2. p. 571.Inter segetes ad *Tempelhoff*, *Spandau* & alibi sparsim. Junio. Julio.\*\* *Capsulis glabris.*557. PAPAVER *Rhoeas* capsulis glabris globosis, caule piloso multifloro, foliis pinnatifidis incis. *Lin. syst. ed. R.* 2. p. 572.

Papaver foliis semipinnatis, hispidis, fructu ovato glabro. *Hall. helv. n. 1064.*

In agris inter segetes copiose. Aestate.

*Offic.* Flores Papaveris Rhoeadis vel Erraticæ.  
Semina nigra.

558. PAPAVER *dubium* capsulis oblongis glabris, caule multifloro, fetis adpressis, foliis pinnatifidis incis. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 573.*

Papaver foliis hispidis pinnatis, pinnis lobatis, fructu ovato laevi. *Hall. helv. n. 1063.*

In agris ad *Spandau* frequens. Junio.

559. PAPAVER *somniferum*, calycibus capsulisque glabris, foliis amplexicaulibus incis. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 574.*

In hortis & inter olera copiose cultum. Junio.  
Julio.

*Offic.* Papaver albi Capita & Semina.

*b. Flores pentapetali.*

TILIA. *Lin. gen. 717.*

*Cal.* 5 partitus. *Cor.* 5 petala. *Capsula* coriacea 5 locularis, 5 valvis. *Semen* unicum, caetera abortientia.

560. TILIA *europaea* floribus nectario destitutis. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 584.*

*α.* Tilia foliis acuminatis ferratis subhirsutis, fructibus quadrangularibus subpilosis. *Mill. dict. n. 2. Du Roi harpk. 2. n. 461.*

*Tilia platyphyllos* foliis magnis subhirsutis. *Scop.*

β. *Tilia cordata* foliis cordatis acuminatis inaequaliter serratis, fructibus quinquelocularibus tomentosus. *Mill. dict.* n. 1.

*Tilia ulmifolia* foliis durioribus, minoribus, nulli villosis. *Scop. carn. ed.* 2. n. 641.

*Im Thiergarten* & alibi frequens. β. *im Briselang* rarius. Junio. Julio.

*Offic.* Flores Tiliae.

CISTUS. *Lin. gen.* 728.

*Cal.* 5 phyllus: foliolis duobus minoribus. *Cor.* 5 petala. *Capsula* subrotunda compressa, calyce obteeta, polysperma.

561. CISTUS *Helianthemum* suffruticosus procumbens, stipulis lanceolatis, foliis oblongis revolutis subpilosis. *Lin. syst. ed. R.* 2. p. 603.

Prope *Fridrichsfelde* in pratis frequens, ad *Doebritz*, *Schoenhausen* passim. *Im Thiergarten* rarius. Junio. Julio.

*Capsula* unilocularis, trivalvis.

c. *Flores polypetali.*

NYMPHAEA. *Lin. gen.* 709.

*Cal.* 4 s. 5 phyllus. *Cor.* polypetala. *Capsula* carnosa multilocularis collo angustata truncata.

562. NYMPHAEA *lutea* foliis cordatis integerrimis, calyce petalis majore pentaphyllo. *Lin. syst. ed. R.* 2. p. 578.

*In der Spree* & in lacubus copiose. Junio. Julio.

563. *NYMPHAEA alba* foliis cordatis integerrimis, calyce quadrifido. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 578.*

In fossis, lacubus *der Jungfernheide* & in *der Havel* abunde. Junio.

*Offic. (Nymphaeae albae Radix & Flores.)*

*d. Flores apetal.*

*CERATOPHYLLUM. Lin. gen. 1162.*

♂ — ♀. ♂. *Cal.* multipartitus. *Cor.* O. *Stamina* duplo plura, quam segmenta calycis.

♀. *Cal.* & *Cor.* maris. *Styl.* O. *Sem.* I. nudum.

564. *CERATOPHYLLUM demersum* foliis dichotomo bigeminis, fructibus trispinosis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 153.*

In *der Jungfernheide* in fossis & paludibus frequens. Junio. Julio.

565. *CERATOPHYLLUM submersum* foliis dichotomo-trigeminis, fructibus muticis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 153.*

*Beim Invalidenhanse* aquae immersum frequens. Junio. Julio.

*CALLA. Lin. gen. 1121.*

*Spatha* plana. *Spadix* tectus flosculis. *Cal.* O. *Cor.* O. *Baccae* polyspermae.

566. *CALLA palustris* foliis cordatis, *spatha* plana, *spadice* undique hermaphrodito. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 75.*

In paludibus ad *Gros Glinicke* & im *Grunewalde* copiose. Junio. Julio.

*Offic. (Dracunculi palustri s. Callae Radix.)*



## TRIGYNIA.

DELPHINIUM. *Lin. gen.* 736.

*Cal. O. Petala* 5. *Nectar.* 2 fidum postice cornutum. *Caps.* 3. f. 1.

567. DELPHINIUM *Consolida* nectariis monophyllis, capsula unica, caule subdiviso. *Lin. syst. ed. R. 2. p.* 611.

Inter segetes copiose. Junio. Julio.

*Offic.* Flores Calcatrippae f. Consolidae regalis. (*Herba.*)

## PENTAGYNIA.

AQUILEGIA. *Lin. gen.* 741.

*Cal. O. Petala* 5. *Nectar.* 5. corniculata intra petala. *Caps.* 5. distinctae.

568. AQUILEGIA *vulgaris* nectariis incurvis. *Lin. syst. ed. R. 2. p.* 619.

Aquilegia foliis trilobatis, lobis petiolatis tripartitis, subrotundis, obtuse dentatis. *Hall. helv. n.* 1195.

Ad *Friedrichsfelde* passim. In pomariis hortisque frequens. Majo. Junio.

*Offic.* Flores Aquilegiae. (*Semina.*)

NIGELLA. *Lin. gen.* 742.

*Cal. O. Petala* 5. *Nectar.* 5. trifida intra corollam. *Caps.* 5. connexae.

569. NIGELLA *damaescena* pistillis quinis, floribus involucri folioso cinctis. *Lin. syst. ed. R. 2. p.* 621.

In hortis frequens. Aestate.

POLYANDRIA HEXAGYNIA. 185

570. NIGELLA *arvensis* pistillis quinis, petalis integris, capsulis turbinatis. *Lin. syst. ed. R. 2.* p. 621.

Ad Spandau in agris hinterm Kibitzey passim. Prope Schoenhausen semel ab amico lecta est. Julio.

HEXAGYNIA.

STRATIOTES. *Lin. gen. 744.*

*Spatha* diphylla. *Perianth.* trifidum. *Petala* 3. *Capsula* carnosae sexlocularis, infera.

571. STRATIOTES *Aloides* foliis ensiformi-triangularis ciliato-aculeatis. *Lin. syst. ed. R. 2.* p. 623.

In der Jungfernheide, beim Unterbaum & in fossis ad Ruhleben frequens. Junio.

Flores dioici, dodecandri, monogyni.

POLYGYNIA.

SAGITTARIA. *Lin. gen. 1164.*

*Cal.* 3 phyllus. *Cor.* 3 petala. *Sem.* nuda plura, utrinque acuminata, margine membranaceo cincta.

572. SAGITTARIA *sagittifolia* foliis sagittatis acutis. *Lin. syst. ed. R. 4.* p. 155.

α. *Sagitta major.* *Scop. carn. ed. 2.* n. 1181.

β. *Sagitta aquatica minor angustifolia.* *Bauh. pin.* 194.

In aquis stagnantibus, fossis frequens, Junio. Julio.

ANEMONE. *Lin. gen.* 752.

*Cal. O. Petala 6 9. Semina plura.*

\* *Hepatica, flore subcalyculato.*

573. ANEMONE *Hepatica* foliis trilobis integerrimis. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 631.*

β. *Hepatica* flore simplici subpurpureo, & rubro. *Rupp jen. 160.*

γ. *Trifolium hepaticum* flore pleno. *Bauh. pin. 339.*

*In den Papenbergen frequens. Prope Schoenhäusen, Invalidenhaus & alibi passim. Aprili. Majo.*

*Offic. Hepaticae nobilis Herba & Flores.*

\*\* *Pulsatilla pedunculo involucrato, seminibus lanatis.*

574. ANEMONE *vernalis* pedunculo involucrato, foliis pinnatis, flore erecto. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 632.*

*In der Jungfernheide rarissime. Aprili. Martio.*

575. ANEMONE *Pulsatilla* pedunculo involucrato, petalis rectis, foliis bipinnatis. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 633.*

*In der Jungfernheide unico tantam loco rarius, Majo.*

*Offic. (Herba Pulsatillae.)*

576. ANEMONE *pratensis* pedunculo involucrato, petalis apice reflexis, foliis bipinnatis. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 633.*

POLYANDRIA POLYGYNIA. 187

In pascuis nemoribus apricis. e. g. im Thiergarten, Jungfernheide, prope Spandau & alibi copiose. Aprili. Majo.

Offic. Pulsatillae nigricantis Herba.

\*\*\* *Anemonoides flore nudo, seminibus ecaudatis.*

577. ANEMONE *nemorosa* seminibus acutis, foliolis incisis, caule unifloro. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 637.*

β. flore extus rubicundo.

Prope Spandau auf der Katzenbatterie, in den Papenbergen frequens. Im Briselang copiose. Ad Schoenhausen & im Thiergarten passim. Aprili. Majo.

578. ANEMONE *ranunculoides* seminibus acutis, foliolis incisis, petalis subrotundis, caule subbifloro. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 638.*

In den Papenbergen, prope Schoenhausen passim, prope Blanckenfelde & alibi. Aprili. Majo.

Variat pedunculis 1. 2. 3 floris.

THALICTRUM. *Lin. gen. 755.*

*Cal. O. Petala 4. f. 5. caduca. Sem. ecaudata.*

579. THALICTRUM *minus* foliis sexpartitis, floribus cernuis. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 646.*

Thalictrum foliis patulis imis obtuse trilobis, supremis acutis, panicula diffusa, floribus nulantibus. *Hall. helv. n. 1139.*

In pratis & pascuis passim. e. g. ante portam *Halensem*, prope *Rummelsburg*, *Fridrichsfelde*, *Spandau* &c. Junio. Julio.

580. *THALICTRUM flavum* caule folioso fulcato, panicula multiplici erecta. *Lin. syst. ed. R. 2.* p. 648.

*Thalictrum* foliis erectis, lobulis acute trilobis, spica adscendente. *Hall. helv. 1138.*

*Im Thiergarten, Jungfernheide* & alibi in pratis copiose. Julio. Augusto.

*Offic. Thalictri Radix.*

*RANUNCULUS. Lin. gen. 757.*

*Cal. 5 phyllus. Petala 5. ad unges squama mellifera. Semina nuda.*

\* *Foliis simplicibus.*

581. *RANUNCULUS Flammula* foliis elliptico-lanceolatis, petiolatis, crenatis, caule declinato.

α. *Ranunculus Flammula* foliis ovato-lanceolatis, petiolatis, caule declinato. *Lin. syst. ed. R. 2.* p. 653.

β. *Ranunculus palustris*, foliis ferratis. *Bauh. pin. 150.*

In pratis humidis, locisque uliginosis frequens. v. g. ante portam *Halensem*, in der *Jungfernheide* &c. Junio. Julio.

*Offic. (Flammulae Herba.)*

582. *RANUNCULUS Lingua* caule erecto ramoso, foliis lanceolatis subserratis.

*Ranunculus Lingua* foliis lanceolatis, caule erecto,  
*Lin. syst. ed. R. 2. p. 653.*

β. flore minori.

Prope *Spandau* locis uliginosis inter arundinem  
 frequens. β. *in der Jungfernheide* passim.  
 Junio. Augusto.

583. *RANUNCULUS Ficaria* foliis cordatis angu-  
 latis petiolatis, caule unifloro. *Lin. syst. ed.*  
*R. 2. p. 656.*

*Ficaria verna.* *Huds. angl. ed. 2. t. 1. p. 244.*

In umbrosis humidis ad *Schoenhausen*, *Blancken-  
 felde* & alibi passim. *Im Briselang* copiose.  
 Aprili. Majo.

*Offic. Chelidonii minoris Herba. (Radix.)*

Calyx triphyllus. Petala octo. Optime nectariis  
 ad apices unguorum petalorum genus *Ranun-  
 culi* ab affinibus distinguitur.

\*\* *Foliis dissectis & divisis.*

584. *RANUNCULUS auricomus* foliis radicalibus  
 reniformibus crenatis incis; caulinis digitatis  
 linearibus, caule multifloro. *Lin. syst. ed. R.*  
*2. p. 657.*

In pratis nemorosis ad *Schoenhausen*, *in der  
 Jungfernheide*, *Briselang* & alibi frequens.  
 Majo.

585. *RANUNCULUS sceleratus* foliis inferioribus  
 palmatis; summis digitatis, fructibus oblon-  
 gis. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 658.*

In pratis paludosis, ad fossas copiose. Majo.  
 Junio.

586. *RANUNCULUS bulbosus* calycibus retroflexis, pedunculis fulcatis, caule erecto multifloro, foliis compositis. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 662.*

In pratiis, pascuis, locisque nemorosis copiose. Majo. Junio.

Radice bulbosa, & calyce reflexo, facillime ab omnibus distinguendus. In Ranunculo Sardo *Crantzii* vel *Philonitide Ehrhartii* calyx quidem reflexus reperitur; ast radix fasciculata est.

587. *RANUNCULUS repens* calycibus patulis, pedunculis fulcatis, sarmentis repentibus, foliis compositis. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 662.*

In nemoribus humidis pratisque vulgaris. Aestate.

588. *RANUNCULUS acris* calycibus patulis, pedunculis teretibus, foliis tripartito-multifidis summis linearibus. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 663.*

In pratis, pascuisque copiosissime. Majo. Junio. *Offic. (Ranunculi Herba.)*

589. *RANUNCULUS arvensis* feminibus aculeatis, foliis superioribus decompositis linearibus. *Lin. syst. ed. R. 2. p. 665.*

Inter segetes, inque agris copiose. Majo. Junio.

590. *RANUNCULUS hetrophyllus* foliis submersis capillaceis, emeris reniformi palmatis. *Wiggers primit. p. 42. n. 447.*

Ranunculus fluitans, petiolis unifloris, foliis imis capillaribus, supremis reniformibus, orbiculatis, palmatis. *Hall. helv.* n. 1163.

*Ranunculus aquatilis* foliis submersis capillaceis, emerfis peltatis. *Lin. syst. ed. R. 2.* p. 667.  $\alpha$ .

In fossis, aquisque stagnantibus frequens. e. g. *im Thiergarten im Bassin & alibi.* Majo. Junio.

591. RANUNCULUS *aquatilis* foliis omnibus capillaceis, laciniis divergentibus. *Wiggers primit.* p. 42. n. 448.

Ranunculus fluitans, petiolis unifloris, foliis capillaribus, laciniis divergentibus. *Hall. helv.* 1162.

*Ranunculus aquatilis*  $\gamma$ . *Lin. syst. ed. R. 2.* p. 668.

$\beta$ . Ranunculus foliis omnibus capillaceis, circumscriptione rotundis. *Roy lugdb.* 492.

*Ranunculis aquatilis.* *Lin. syst. ed. R. 2.* p. 667.  $\beta$ .

In lacubus, aquis stagnantibus & fossis copiose. Majo. Junio.

592. RANUNCULUS *fluviatilis* foliis omnibus capillaceis, laciniis paralellis longissimis. *Wiggers primit.* p. 42. n. 449.

Ranunculus fluitans, petiolis unifloris, foliis capillaceis, longissimis, laciniis paralellis. *Hall. helv.* n. 1161.

*Ranunculus aquatilis.*  $\delta$ . *Lin. syst. ed. R. 2.* p. 668.

In fluviis rivulisque passim. Eodem tempore.



TROLLIUS. *Lin. gen.* 758.

*Cal. O. Petala* circiter 14. *Nectaria* linearia.  
*Capsulae* plurimae, ovatae, monospermae.

593. TROLLIUS *europaeus* corollis conniventibus,  
nectariis longitudine staminum. *Lin. syst. ed.*  
*R. 2. p.* 668.

Prope *Schoenhausen* rarissime. Ad *Blanckenfelde*  
passim. Junio.

CALTHA, *Lin. gen.* 761.

*Cal. O. Petala* 5. *Nectar. O. Capsulae* plures  
polypermae.

594. CALTHA *palustris*. *Lin. syst. ed. R. 2.*  
*p.* 673.

In pratis paludosis, locisque uliginosis copio-  
sissime. Majo.

---

CLASSIS XIV.

D I D Y N A M I A

G Y M N O S P E R M A.

a. *Calyces subquinquesidi.*

AJUGA. *Lin. gen.* 763.

*Cor.* labium superius minimum. *Stam.* labio superiore longiora.

595. AJUGA *pyramidalis* tetragono-pyramidalis villosa, foliis radicalibus maximis. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 8.*

*In der Hasenheide, Jungferuheide & alibi passim.*  
Majo. Junio.

*Offic. (Consolidae mediae Herba.)*

596. AJUGA *reptans* stolonibus reptantibus. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 9.*

*Im Thiergarten & alibi copiose.* Majo. Junio.

TEUCRIUM. *Lin. gen.* 764.

*Corollae* labium superius nullum, ultra basin bipartitum, divaricatum.

597. TEUCRIUM *Scorodonia* foliis cordatis ferratis petiolatis, racemis lateralibus secundis, caule erecto. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 18.*

*Im Thiergarten copiose.* Julio. Augusto.

- 598 *TEUCRIUM Scordium* foliis oblongis sessilibus dentato-ferratis, floribus geminis axillaribus pedunculatis, caule diffuso. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 18.*

In umbrosis humidis *im Thiergarten, Jungfernheide*, prope *Tegel* & alibi frequens, Julio.  
*Offic. Scordii Herba.*

*SATUREJA. Lin. gen. 765.*

*Corollae* lacinae subaequales. *Stam.* distantia.

599. *SATUREJA hortensis* pedunculis bifloris, *Lin. syst. ed. R. 3. p. 27.*

In hortis frequens culta, interdum in ruderatis; quisquiliis forte inde dilata. Julio. Augusto.  
*Offic. Saturejae Herba.*

*HYSSOPUS. Lin. gen. 767.*

*Corollae* labium inferius lacinula intermedia crenata. *Stam.* recta distantia.

600. *HYSSOPUS officinalis* spicis secundis, foliis lanceolatis. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 29.*

β. *Hyssopus rubro flore. Bauh. pin. 217.*

γ. *Hyssopus vulgaris alba. Bauh. pin. 218.*

In hortis culta copiose β & γ rarius. Aestate.  
*Offic. Hyssopi Herba.*

*NEPETA. Lin. gen. 768.*

*Corollae* labium inferius lacinula intermedia crenata, faux margine reflexo. *Stamina* approximata.

601. *NEPETA Cataria* floribus spicatis, verticillis subpedicellatis, foliis petiolatis cordatis dentato-ferratis. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 20.*

Ad vias, sepes, pagos, inque ruderatis hinc inde. Aestate.

*Offic. Catariae f. Nepetae Herba & Semina.)*

*LAVANDULA. Lin. gen. 769.*

*Cal.* ovatus subdentatus, bractea suffultus. *Cor.* refupinata. *Stamina* intra tubum.

602. *LAVANDULA Spica* foliis lanceolatis integerimis, spicis nudis. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 35.*

*α.* *Lavendula angustifolia. Bauh. pin. 216.*

*β.* *Lavendula latifolia. Bauh. pin. 216.*

In rusticorum hortis frequens. Julio. Augusto.

*Offic. Herba & Flores Lavendulae f. Spicae.*

*MENTHA. Lin. gen. 771.*

*Cor.* subaequalis, 4 fida: lacinia latiore emarginata. *Stamina* erecta distantia.

\* *Capitatae.*

603. *MENTHA crispa* spicis capitatis, foliis cordatis dentatis undulatis sessilibus, staminibus corollam aequantibus. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 42.*

In hortis copiose culta. Julio. Augusto.

*Offic. Menthae crispae Herba.*

604. *MENTHA aquatica* floribus capitatis, foliis ovatis ferratis petiolatis, staminibus corolla longioribus. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 43.*

Ad fossas, in pratis humidis, ad lacus & flumina abunde. Julio. Augusto.

*Offic. (Menthae aquaticae Herba.)*

\* \* *Verticillatae.*

605. *MENTHA arvensis* floribus verticillatis, foliis ovatis acutis serratis, staminibus corollam aequantibus. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 44.*

In pratis humidis ad fossas copiosissime. Julio. Augusto.

*Offic. Menthae equinae. s. sylvestris Herba.)*

*GLECOMA. Lin. gen. 773.*

*Antherae* laterales reniformes, singulum par in formam crucis connivens.

606. *GLECOMA hederacea* foliis reniformibus crenatis. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 47.*

Locis humidis umbrosis copiose. Aprili. Majo.

*Offic. Hederæ terrestris Herba.*

*LAMIUM. Lin. gen. 774.*

*Corollae* labium superius integrum, fornicatum, labium inferius 2 lobum: faux utrinque margine dentata.

607. *LAMIUM laevigatum* foliis cordatis rugosis, caule laevi, calycibus glabris longitudine tubi corollae. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 48.*

In der Jungfernheide, versus Spandau unico loco frequens. Aprili. Majo.

608. *LAMIUM album* foliis cordatis acuminatis serratis petiolatis, verticillis vigintifloris. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 50.*

DIDYNAMIA GYMNOSPERMA. 197

In cultis, ruderatis, ad pagos & sepes copiose.  
Aestate.

*Offic.* Galeopsidis. f. Urticae mortuae Flores.

609. *LAMIUM purpureum* foliis cordatis obtusis  
petiolatis. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 50.*

In nemoribus umbrosis, ad sepes inque cultis  
copiose. Aestate, praecipue Majo.

*GALEOPSIS. Lin. gen. 775.*

*Corollae* labium superius subcrenatum, fornica-  
tum, inferius supra bidentatum.

610. *GALEOPSIS Ladanum* internodiis caulinis  
aequalibus, verticillis omnibus remotis caly-  
cibus inermibus. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 51.*

Inter segetes ante *portam Halensem* & alibi passim.  
Julio. Augusto.

611. *GALEOPSIS cannabina* foliis ovato-lanceola-  
tis, ferratis, caule hirsuto, flore calyce qua-  
druplo majore. *Hall. helv. n. 269. Pollich.  
palat. 2. p. 148. n. 560.*

*Galeopsis Tetrahit*  $\beta$ . *Lin. syst. ed. R. 3. p. 51.*

Inter segetes ad *Friedrichsfelde* & alibi passim  
Julio. Augusto.

612. *GALEOPSIS Tetrahit* internodiis caulinis su-  
perne incrassatis, verticillis summis subcon-  
tiguis, calycibus pungentibus. *Lin. syst. ed.  
R. 3. p. 51.*

*Galeopsis* foliis ovato-lanceolatis, ferratis, caule  
hirsuto. *Hall. helv. n. 268.*

In agris inter segetes inque sylvis copiose, Julio  
Augusto.

## POLLICHIA,

*Corollae* labium superius integrum fornicatum:  
inferius bi vel trifidum: faux absque dentibus.

613. POLLICHIA *Galeobdolon* calycibus pungentibus, corollae labio inferiore trifido: foliis omnibus cordatis dentatis, petiolatis.

*Pollichia*. Franz v. P. Schrank *Centur. bot. Anmerk.* p. 35. n. 29.

*Galeobdolon luteum*. Wiggers *primit.* p. 44. n. 465.

*Lamium Galeobdolon* verticillis dimidiatis subsexfloris: ore edentulo. *Crantz austr.* 262. *Scop. carn. ed.* 2. n. 705.

*Galeopsis Galeobdolon* verticillis sexfloris: involucri tetraphyllo. *Lin. syst. ed. R.* 3. p. 53.

*Im Briselang* versus *Pausin* frequens & alibi rarius. Aprili. Majo.

614. POLLICHIA *amplexicaulis* calycibus inermibus: corollae labio inferiore bifido, foliis caulinis sessilibus rotundatis incisiss, radicalibus petiolatis cordato-lobatis.

*Lamium amplexicaule* foliis floralibus sessilibus amplexicaulibus obtusis. *Lin. syst. ed. R.* 3. p. 51.

*Lamium* foliis radicalibus petiolatis lobatis, superioribus rotundis amplexicaulibus incisiss. *Hall. helv.* n. 273.

In agris, cultis, ruderatis, sepibusque passim. Per totam aestatem.

BETONICA. *Lin. gen.* 776.

*Cal.* aristatus. *Corollae* labium superius adscendens planiusculum; tubus cylindricus.

615. *BETONICA officinalis* spica interrupta, corollarum labii lacinia intermedia emarginata. *Lin. syst. ed. R.* 3. p. 53.

Prope *Tegel*, in *der Jungfernheide* & alibi frequens. Julio. Augusto.

*Offic.* *Betonicae* Herba.

STACHYS. *Lin. gen.* 777.

*Cor.* labium superius fornicatum, labium inferius lateribus reflexum: lacinia intermedia majore emarginata. *Stam.* deflorata versus latera reflexa.

616. *STACHYS sylvatica* verticillis sexfloris, foliis cordatis petiolatis. *Lin. syst. ed. R.* 3. p. 56.

In nemorosis ad *Potzdamm*, specialis vero locus me fugit. Junio. Julio.

617. *STACHYS palustris* verticillis subsexfloris, foliis lineari-lanceolatis femiamplexicaulibus sessilibus. *Lin. syst. ed. R.* 3. p. 56.

Im *Thiergarten*, *Jungfernheide* & alibi in paludibus, etiamque ad fossas frequens. Junio. Julio.

618. *STACHYS recta* verticillis subspicatis, foliis cordato-ellipticis crenatis scabris, caulibus adscendentibus. *Lin. syst. ed. R.* 3. p. 60.



In versuris agrorum ad *Wilmersdorf*, *Smargendorf*, in littoribus elevatis *der Havel* prope *Gatow* & alibi frequens. Julio.

*Offic.* Sideritidis Herba.

BALLOTA. *Lin. gen.* 778.

*Cal.* hypocrateriformis, 5 dentatus, 10 striatus.

*Cor.* labium superius crenatum, concavum.

619. BALLOTA *nigra* foliis cordatis indivisis serratis, calycibus acuminatis. *Lin. syst. ed. R.* 3. p. 62.

Ante portam *Lipsiensem* in ruderatis copiose, ad pagos & vias alibique passim. Julio. Augusto.

620. BALLOTA *alba* foliis cordatis indivisis serratis, calycibus subtruncatis. *Lin. syst. ed. R.* 3. p. 63.

In ruderatis ad pagos rarius. Julio.

MARRUBIUM. *Lin. gen.* 779.

*Cal.* hypocrateriformis, rigidus, 10 striatus. *Cor.*

labium superius 2 fidum, lineare rectum.

621. MARRUBIUM *vulgare* dentibus calycinis decem, setaceis uncinatis. *Lin. syst. ed. R.* 3. p. 65.

In ruderatis, ad vias, pagos, sepes, inque coemeteriis copiose. Aestate.

*Offic.* Marrubii albi Herba.

CHAITURUS.

*Calycis* lacinae erectae. *Corollae* labium superius integrum fornicatum: inferius trifidum patens: tubus longitudine calycis. *Stamina* vix tubi longitudine.

622. CHAITURUS *leonuroides*.

*Leonurus Marrubiastrum* foliis ovatis lanceolatis-  
que ferratis, calycibus sessilibus spinosis. *Lin.*  
*syst. ed. R. 3. p. 68.*

*Ehrhardt. hanoev. Magazin 1781. 27 Stück.*  
p. 421. n. 21.

In nemoribus versus *Rüdersdorf* rarius. Julio.  
Augusto.

A Leonuro ob fructificationem valde diversam  
separavi.

LEONURUS. *Lin. gen. 780.*

*Calycis* lacinae patentes. *Corollae* labium supe-  
rius planum erectum, inferius trifidum. *Sta-*  
*mina* punctis nitidis adspersa.

623. LEONURUS *Cardiaca* foliis caulinis lanceola-  
tis trilobis. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 67.*

In ruderatis ad pagos, sepes, & vias vulgaris.  
Julio. Augusto.

*Offic. (Cardiaca Herba.)*

*b. Calyces bilobiati.*

CLINOPODIUM. *Lin. gen. 783.*

*Involucr.* multifidum, verticillato-subjectum.

624. CLINOPODIUM *vulgare* capitulis subrotun-  
dis hispidis, bracteis setaceis. *Lin. syst. ed. R.*  
3. p. 75.

*Clinopodium* foliis ovato-lanceolatis obiter den-  
tatis, stipulis setaceis. *Hall. helv. n. 239.*

*In der Hasenheide, Jungfernheide frequens, prope Tegel passim &c. Julio. Augusto.*

ORIGANUM. *Lin. gen. 784.*

*Strobilus tetragonus, spicatus, calyces colligens.*

625. ORIGANUM *vulgare* spicis subrotundis paniculatis conglomeratis, bracteis calyce longioribus ovatis. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 78.*

*In den Papenberggen passim. Julio.*

*Offic. Origani Herba.*

626. ORIGANUM *Majorana* foliis ovalibus obtusis, spicis subrotundis compactis pubescentibus. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 79.*

*In hortis frequens cultum. Julio. Augusto.*

*Offic. Majoranae Herba.*

THYMUS. *Lin. gen. 785.*

*Calycis faux villis clausa.*

627. THYMUS *Serpillum* floribus capitatis, caulibus repentibus, foliis planis obtusis basi ciliatis. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 79.*

β. *Serpillum vulgare majus. Bauh. pin. 220.*

γ. *Serpillum foliis citri odore. Bauh. pin. 220.*

δ. *Serpillum angustifolium glabrum. Bauh. pin. 220.*

ε. *Serpillum minus flore albo.*

*In collibus aridis apricis, agrorum versuris, & nemoribus copiosissime. Aestate.*

*Offic. Serpilli Herba.*

628. *THYMUS vulgaris* erectus, foliis revolutis ovatis, floribus verticillato-spicatis. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 80.*

In hortis copiose cultus. Aestate.

*Offic.* Thymi Herba.

629. *THYMUS Acinos* floribus verticillatis, pedunculis unifloris, caulibus rectis subramosis, foliis acutis serratis. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 81.*

Ad vias, agrorum margines ante portam Halensem, im Thiergarten & alibi frequens. Augusto.

SCUTELLARIA. *Lin. gen. 792.*

*Calyx* ore integro post florescentiam clauso operculato.

630. *SCUTELLARIA galericulata* foliis cordato-lanceolatis crenatis, floribus axillaribus. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 98.*

Im Thiergarten, Jungfernheide, ad Reineckendorf, Spandau, Coepnick & alibi ad fossas, fluviorumque ripas humidis copiose. Julio. Augusto.

PRUNELLA. *Lin. gen. 793.*

*Filamenta* bifurca: altero apice antherifera. *Stigma* bifidum.

631. *PRUNELLA vulgaris* foliis ovatis oblongis calycibus superne truncatis. *Hall. helv. 277.*

*Prunella vulgaris* foliis omnibus ovato-oblongis serratis petiolatis. *Lin. syst. ed. R. 3. p.*

In pratis, pascuis, nemoribusque udis copiose.  
Julio. Augusto.

*Offic.* Brunellae vel Prunellae f, Consolidae minoris Herba.

632. PRUNELLA *grandiflora* foliis ovato-oblongis, calycibus superne tridentatis. *Hall. helv.* 278.  
*Prunella grandiflora* foliis subintegris, ex subrotundo ovatis, calycibus superne profunde tridentatis. *Pollich. pal.* n. 578.

*Prunella vulgaris* β. *Lin. syst. ed. R.* 3. p. 101.

In den Papenberggen rarius. In editioribus ad Rüdersdorf copiose. Julio. Augusto.

### ANGIOSPERMIA.

#### a. Calyces quadrifidi.

RHINANTHUS. *Lin. gen.* 798.

*Cal.* 4 fidus ventricosus. *Capsula* bilocularis, obtusa, compressa.

633. RHINANTHUS *Cristagalli* corollarum labio superiore compresso brevior. *Lin. syst. ed. R.* 3. p. 106.

*Alectorolophys* calycibus glabris. *Hall. helv.* 313.

β. *Crista galli angustifolia montana.* *Bauh. pin.* 163.

In pratis & pascuis copiosissime. Aestate.

EUPHRASIA. *Lin. gen.* 799.

*Cal.* 4 fidus cylindricus. *Capsula* bilocularis ovato-oblonga. *Antherae* inferiores altero lobo basi spinosae.

634. *EUPHRASIA officinalis* foliis ovatis lineatis argute dentatis. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 108.*

In pratis, pascuisque vulgaris. Junio. Julio.

*Offic. (Euphrasiae Herba.)*

Corollae labium superius bifidum, laciniis bifidis: labium inferius trifidum, laciniis bifidis. Stamina longitudine labii superioris. Filamenta apice ciliata. Antherae ciliatae uniloculares apice dehiscentes.

635. *EUPHRASIA Odontites* foliis linearibus omnibus serratis. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 109.*

In pascuis & pratis humidis copiose. Aestate.

Corollae labium superius integrum emarginatum: inferius trifidum, lobis integerrimis. Antherae uniloculares apice dehiscentes, infertne mucronatae. In *Euphrasia lutea* etiam Antheras mucronatas vidi.

MELAMPYRUM. *Lin. gen. 800.*

*Cal. 4* fidus. *Cor.* labium superius compressum, margine replicato. *Caps.* bilocularis obliqua hinc dehiscens. *Semina* bina gibba.

636. *MELAMPYRUM arvense* spicis conicis laxis bracteis dentato setaceis, coloratis. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 111.*

Melampyrum foliis integerrimis, bracteis semipinnatis. *Hall. helv. n. 310.*

In agris ad *Spandau* rarissime. Julio.

637. *MELAMPYRUM nemorosum* floribus secundis lateralibus: bracteis dentatis cordato-lanceo-

latis: summis coloratis sterilibus, calycibus lanatis. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 111.*

In nemorosis ad *Schoenhausen, Lichtenberg, in den Papenberg* & alibi copiose. Junio. Julio.

638. MELAMPYRUM *sylvaticum* floribus secundis lateralibus: conjugationibus remotis, corollis hiantibus. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 112.*

Im *Thiergarten* frequens. Junio. Julio.

LATHRAEA. *Lin. gen. 801.*

*Cal. 4* fidus. *Glandula* depressa, ad basin futurae germinis. *Capsula* unilocularis.

639. LATHRAEA *Squamaria* caule simplicissimo, corollis pendulis: labio inferiore trifido. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 113.*

Ad *Corylorum* truncos prope *Schoenhausen* rarissime. Aprili. Majo.

*Offic. (Squamariae s. Dentariae Radix.)*

*b. Calyces quinquefidi.*

PEDICULARIS. *Lin. gen. 804.*

*Cal. 5* fidus. *Capsula* bilocularis, mucronata obliqua. *Semina* tunicata.

640. PEDICULARIS *palustris* caule ramoso, calycibus cristatis calloso-punctatis, corollis labio obliquis. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 115.*

In pratis paludosis ad fossas *vorm Grunewald* frequens. Majo. Junio.

*Offic. (Pedicularis Herba)*

641. PEDICULARIS *sylvatica* caule ramofo, calycibus oblongis angulatis laevibus, corollis labio cordato. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 115.*

*In der Hasenheide post domum venatoris Braun, & ad viam versus Grunewald, in pratis passim. Junio. Julio.*

ANTIRRHINUM. *Lin. gen. 808.*

*Cal. 5 phyllus. Cor. basis deorsum prominens, nectarifera. Caps. bilocularis.*

\* *Foliis oppositis.*

642. ANTIRRHINUM *minus* foliis plerisque alternis lanceolatis obtusis, caule ramofissimo diffuso. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 134.*

*In urbe ipsa, auf den Treppen des Opernhauses & in tegmine arcis regiae frequens. Aestate.*

\*\* *Foliis alternis.*

643. ANTIRRHINUM *Linaria* foliis lanceolato-linearibus confertis, caule erecto, spicis terminalibus sessilibus, floribus imbricatis. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 135.*

*In ruderatis, nemoribus glareosis, versuris, ad pagos, fossas exsiccatas, inque coemeteriis copiosissime. Aestate.*

*Offic. Linariae Flores & Herba.*

\*\*\* *Corollis ecaudatis.*

644. ANTIRRHINUM *Orontium* corollis ecaudatis, floribus subspicatis, calycibus digiratis corolla longioribus. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 138.*



Prope *Spandau* in *Lustgarten* frequens. Au-  
gusto.

SCROPHULARIA. *Lin. gen.* 814.

*Cal.* 5 fidus. *Cor.* resupinata tubo subglobofo,  
lacinia intermedia reflexa. *Capsula* bilocularis.

645. SCROPHULARIA *nodosa* foliis cordatis tri-  
nervatis, caule obtusangulo. *Lin. syst. ed. R.*  
3. p. 145.

Im *Thiergarten*, *Jungfernheide* & alibi, ad fos-  
sarum latera, inque humidiusculis frequens,  
Aestate.

*Offic.* Scrophularie Radix.

646. SCROPHULARIA *aquatica* foliis cordatis pe-  
tiolatis decurrentibus obtusis, caule membra-  
nis angulato, racemis terminalibus. *Lin. syst.*  
*ed. R.* 3. p. 145.

In fossis locisque paludosis ad *Spandau*, *Frie-  
drichsfelde*, *Reineckendorf*, in der *Jungfern-  
heide* & alibi passim. Julio, Augusto.

647. SCROPHULARIA *vernalis* foliis cordatis, cau-  
linis ternis, pedunculis axillaribus solitariis  
bifidis. *Lin. syst. ed. R.* 3. p. 148.

Ad *Schoeneberg* rarius. Majo.

DIGITALIS. *Lin. gen.* 816.

*Cal.* 5 partitus. *Cor.* campanulata 5 fida, deor-  
sum ventricosa. *Caps.* ovata bilocularis.

648. *DIGITALIS ambigua* corollarum labio emarginato, foliis subtus pubescentibus. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 153.*

*In den Papenbergen frequens. Junio, Julio.*

LIMOSELLA. *Lin. gen. 837.*

*Cal. 5 fidus. Cor. 5 fida aequalis. Stamina per paria approximata. Capsula unilocularis bivalvis polysperma.*

649. *LIMOSELLA aquatica* foliis lanceolatis. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 181.*

*Limofella foliis longe petiolatis, sine spathulatis. Cranz austr. p. 353.*

*In der Jungfernheide ad marginem paludis prope den Rehbergen & alibi passim, Augusto.*

---

## CLASSIS XV.

TETRADYNAMIA  
SILICULOSA.*a. Siliculis integris.*MYAGRUM. *Lin. gen.* 860.*Silicula* stylo conico persistente terminata, valvulis concavis, loculo submonospermo.650. MYAGRUM *sativum* filiculis obovatis, pedunculatis polyspermis. *Lin. syst. ed. R.* 3. p. 208.

Inter fegetes, praecipue inter Linum frequens. Julio. Augusto.

*Offic. (Sesami nostratis Semina.)*651. MYAGRUM *paniculatum* filiculis lentiformibus orbiculatis punctato-rugosis. *Lin. syst. ed. R.* 3. p. 209.

Ante portam Oranienburgicam frequens. Julio. Augusto.

DRABA. *Lin. gen.* 864.*Styl.* O. *Silicula* integra, ovali-oblonga, valvulis planiusculis dissepimento paralellis.652. DRABA *verna* scapis nudis, foliis subserratis. *Lin. syst. ed. R.* 3. p. 213.

foliis caeque pilosis.

TETRADYNAMIA SILICULOSA. 211

In arvis, agris, collibus apricis copiosissime. Martio. Aprili.

*b. Siliculis apice emarginatis.*

LEPIDIUM, *Lin. gen.* 365.

*Silicula* nuda emarginata, cordata, polysperma, valvulis carinatis dissepimento contrariis.

\* *Valvulis monospermis.*

653. LEPIDIUM *fativum* floribus tetradynamiis, foliis oblongis multifidis. *Lin. syst. ed. R.* 3. p. 218.

In hortis ubique cultum, interdum ad sepes. Aestate.

654. LEPIDIUM *runderale* floribus diandris apetalis, foliis radicalibus dentato-pinnatis ramiferis linearibus integerrimis. *Lin. syst. ed. R.* 3. p. 220.

*Iberis ruderalis* floribus vix conspicuis, foliis imis multifidis, superioribus linearibus integerrimis. *Cranz austr.* 21.

*Nasturtium ruderale.* *Scop. carn. ed. 2.* n. 801.

Locis ruderatis ad pagos & sepes copiose. Aestate.

\*\* *Valvulis polyspermis.*

655. LEPIDIUM *Bursa pastoris* floribus tetradynamiis, siliculis triangularibus: foliis radicalibus pinnatifidis, caulinis subintegris.

*Thlaspi Bursa pastoris* filiculis obcordatis, foliis radicalibus pinnatifidis. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 226.*

Nasturtium filiquis triangularibus. *Hall. helv. n. 514.*

*Bursa pastoris. Wiggers primit. p. 47. n. 503.*

β. *Bursa pastoris media. Bauh. pin. 108.*

γ. *Bursa pastoris major folio non sinuato. Bauh. pin. 108.*

In agris, locis cultis, ad sepes, vias, ubique fere copiosissime. Aestate.

*Offic. (Bursae pastoris Herba.)*

Silicula non alata & dissepimentum valvulis contrarium, a *Thlaspidis* genere separant.

THLASPI, *Lin. gen. 866.*

*Silicula* alata, emarginata, obcordata, polysperma, valvulis navicularibus dissepimento parerellis.

656. THLASPI *arvense* filiculis orbiculatis, foliis oblongis dentatis glabris. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 222.*

Inter segetes inque versuris frequens, Aestate.

657. THLASPI *campestre* filiculis subrotundis foliis sagittatis dentatis incanis. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 224.*

In urbe versus portam Halensem circum stabulum asuinum rarius. Majo. Junio.

TETRADYNAMIA SILIQUOSA. 213

IBERIS. *Lin. gen.* 868.

*Cor.* irregularis: petalis binis exterioribus majoribus. *Silicula* polysperma emarginata.

658. *IBERIS nudicaulis* herbacea, foliis finuatis, caule nudo simplici. *Lin. syst. ed. R.* 3. p. 232.  
*β.* foliis integerrimis.

*Im Thiergarten, Jungfernheide, prope Tegel, Spandau & alibi frequens. Aprili. Majo.*

*In varietate β. folia sunt spathulata integerrima, interdum une alterove dente notata.*

ALYSSUM. *Lin. gen.* 869.

*Filamenta* quaedam introrsum denticulo notata.  
*Silicula* emarginata.

659. *ALYSSUM incanum* caule erecto, foliis lanceolatis incanis integerrimis, floribus corymbosis petalis bifidis. *Lin. syst. ed. R.* 3. p. 234.  
*In arenosis aridis apricis ad Friedrichsfelde, Spandau, Tegel, in der Hasenheide & alibi copiose. Aestate.*

660. *ALYSSUM calycinum* caulibus herbaceis, staminibus omnibus dentatis, calycibus persistentibus. *Lin. syst. ed. R.* 3. p. 234.  
*Ad Tempelhoff rarius. Majo. Junio.*

SILIQUOSA.

*a. Calyx clausus, foliolis longitudinaliter conniventibus.*

ERYSIMUM. *Lin. gen.* 878.

*Siliqua* columnaris. exacte tetraëdra.

661. *ERYSIMUM cheiranthoides* foliis lanceolatis integerrimis, filiquis patulis. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 261.*

In agris ad *Spandau* & alibi passim. Julio. Augusto.

*CHEIRANTHUS. Lin gen. 879.*

*Calyx* clausus foliis duobus gibbis. *Germen* undique denticulo glandulato. *Sem.* plana.

662. *CHEIRANTHUS erysimoides* foliis lanceolatis dentatis nudis, caule erecto simplicissimo, filiquis tetragonis. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 262.*

Ad *Schoeneberg* & *Tegel* rarius. Majo. Junio.

Videtur *Erysimi* species, nisi *calyx* gibbosus adesset.

663. *CHEIRANTHUS scapigerus* caule florifero aphylo, sterilibus simplicibus: foliis lanceolatis integerrimis.

Locis humidis *im Grunewald* rarius. Aprili. Majo.

Radix simplex perpendicularis, forte biennis. Caulis floriferus glaber, teres, spithameus racemosus, foliis destitutus. Flores alterni pedunculati. Pedunculi floribus duplo longiores teretes. *Calyx* patens, parum gibbus, caducus. *Petala* calyce longiora lutea integra, longe unguiculata. *Stamina* lutea longitudine calycis & ultra. *Filamenta* subulata. *Antherae* oblongae fulcatae. *Germen* oblongum planum. *Stylus* nullus. *Stigma* capitatum.

apice divisum. Siliquas maturas non vidi. Caules steriles, florifero minores, glabri, teretes, laevissimi, striati, foliis obsiti. Folia alterna glabra petiolata, oblongo lanceolata, integerrima, interdum partes prominulas observavi, sed vix dentium nomine dignas.

TAB. V. fig. 10.

Possitne locus humidus tantam producere varietatem? Sed praecocitas florendi, & tota inflorescentia dissuadent.

Differt a *Cheirantho erysimoide*:

- 1) caule florifero aphylo,
- 2) foliis integerrimis.

ab *Erysimo cheiranthoide*:

- 1) stigmate diviso.
- 2) calyce gibbo.
- 3) caule florifero nudo.

ARABIS. *Lin. gen.* 882.

*Calyx* erectus. *Glandulae* 4. singulae inter calycis foliola, squamae instar reflexae. *Siliqua* longa compressa.

664. ARABIS *thaliona* foliis petiolatis lanceolatis integerrimis. *Lin. syst. ed. R.* 3. p. 272.

In agris, versuris, locisque siccis apricis passim. e. g. ante portam Halensem, im Thiergarten, Jungfernheide, prope Tegel, Reineckendorf &c. Aprili. Majo.

665. ARABIS *arenosa* foliis radicalibus pinnatifidis, caulinis sinuato dentatis. *Scop. carn.*



*ed. 2. n. 837. t. 40. Wiggers primit. p. 50.  
n. 522.*

*Sisymbrium arenosum* caule subfoliofo ramofo, fo-  
liis lyratis rectangulo-dentatis, hispidis, pilis  
ramofis. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 255.*

Prope *Tegel & in den Papenbergen* hinc inde.  
Majo. Junio.

Petala femper alba, nunquam violacea, uti *Ce-  
leber. Leers* observavit.

TURRITIS. *Lin. gen. 883.*

*Calyx* connivens erectus. *Cor.* erecta. *Siliqua*  
longiffima angulata.

666. TURRITIS *glabra* foliis radicalibus dentatis  
hispidis, caulinis integerrimis amplexicaulibus  
glabris. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 274.*

*Im Thiergarten & Hasenheide* haud infrequens.  
Majo. Junio.

667. TURRITIS *hirsuta* foliis omnibus hispidis,  
caulinis amplexicaulibus. *Lin. syst. ed. R. 3.  
p. 275.*

*Arabis hirsuta. Scop. carn. ed. 2. n. 835.*

*In der Jungfernheide* passim. Majo. Junio.

BRASSICA. *Lin. gen. 884.*

*Calyx* erectus connivens. *Stylus* brevis crassitie  
germinis.

668. BRASSICA *Napus* radice caulescente fusifor-  
mi. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 278.*

Inter fegetes rarius, in hortis culta. Majo,  
Junio.

TETRADYNAMIA SILIQUOSA. 217

*Offic.* Semina Napi.

Folia radicalia lyrata; caulina amplexicaulia.

Calyx exacte Sinapis.

669. BRASSICA *Kapa* radice caulescente orbiculari  
depressa carnosa. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 278.*

Inter fegetes in agris & arvis versus *den Grunewald* passim. Culta saepius in agris. Aestate.

670. BRASSICA *oleracea* radice caulescente tereti  
carnosa. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 278.*  
*cum varietatibus.*

Copiose culta, variet.  $\beta$  interdum in ruderatis,  
Aestate.

RAPHANUS. *Lin. gen. 886.*

*Calyx* clausus. *Siliqua* torosa subarticulata,  
teres.

671. RAPHANUS *fativus* filiquis teretibus torosis  
bilocularibus. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 234.*

Frequens in hortis cultus. Majo. Junio.

672. RAPHANUS *Raphanistrum* filiquis teretibus  
articulatis laevibus unilocularibus. *Lin. syst.*  
*ed. R. 3. p. 284.*

$\alpha$ . Lampfana flore melino. *Tabernem. 407.*

$\beta$ . Rapistrum flore albo striato. *Bauh. hist. 2.*  
*p. 851.*

Inter fegetes in agris copiosissime. Aestate.

b. *Calyx hians: foliolis superne distantibus.*

SINAPIS. *Lin. gen.* 885.

*Calyx patens. Cor. ungues recti. Stylus longitudine germinis. Siliqua longe rostrata.*

673. SINAPIS *arvensis* filiquis multangulis torosis, rostro longioribus: foliis runcinatis, cum caule hispidis.

*Sinapis arvensis* filiquis multangulis toroso-turgidis, rostro ancipiti longioribus. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 280.*

Inter fegetes in agris copiosc. Majo. Junio.

Similis *Sinapi Allioni. Jacq. hort. v. 2. t. 168.*

Differt ab illo foliis runcinatis hispidis, lobo exteriori maximo, laciniis obtusis, caule hispido.

SISYMBRIUM. *Lin. gen.* 877.

*Calyx patulus. Cor. patens. Siliqua subangulata dehiscens: valvulis rectiusculis.*

\* *Siliquis declinatis brevibus.*

674. SISYMBRIUM *Nasturtium* filiquis declinatis, foliis pinnatis, foliolis subcordatis. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 249.*

Prope den Gesundbrunnen frequens. Julio. Augusto.

*Offic. Herba recens Nasturtii aquatici.*

TETRADYNAMIA SILIQUOSA. 219

675. SISYMBRIUM *sylvestre* filiquis declinatis oblongo-ovatis, foliis lanceolatis ferratis. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 250.*

*Sisymbrium* foliis pinnatis, pinnis dentatis diffitis. *Hall. helv. 485.*

Locis depressis ad *Spandau*, in der *Jungfernheide* & alibi passim. Junio. Julio.

676. SISYMBRIUM *amphibium* petalis calyce longioribus, filiquis declinatis oblongo-ovatis, foliis integris & pinnatifidis.

*Sisymbrium amphibium* filiquis declinatis oblongo-ovatis: foliis pinnatifidis ferratis. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 250. β. aquaticum.*

♂. *Sisymbrium amphibium.* *Lin. syst. ed. R. 3. p. 251. γ. terrestre.*

In fossis paludibusque β. in pratis & pascuis frequens. Majo. Junio.

677. SISYMBRIUM *palustre* petalis calyce brevioribus, filiquis declinatis oblongo-ovatis, foliis pinnatis; foliolis dentatis. *Hall. helv. n. 487. Reich. moenof. 472. Pollich. palat. 2. p. 230. n. 625.*

*Sisymbrium amphibium.* *Lin. syst. ed. R. 3. p. 250. α. palustre.*

Im *Thiergarten* & *Jungfernheide* in fossis passim. Majo. Junio.

\*\* *Siliquis longioribus rectis.*

678. *SISYMBRIUM Alliaria* foliis simplicibus cordatis. *Scop. carn. ed. 2. n. 825. Wiggers primit. p. 49. n. 519.*

*Erysinum Alliaria* foliis cordatis. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 260.*

Im *Briselang hinterm Finckenkrug* ad fossam, prope *Schoenhausen, Tegel & alibi* frequens. *Majo.*

*Offic. (Alliariae Herba.)*

*Calyx coloratus valde caducus.*

679. *SISYMBRIUM officinale* caule ramoso divaricato, filiquis adpressis, foliis runcinatis. *Scop. carn. ed. 2. n. 824. Wiggers primit. p. 49. n. 516.*

*Erysimum officinale* filiquis spicae adpressis, foliis runcinatis. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 260.*

In ruderatis, sepibus, ad pagos & vias frequens. *Aestate.*

*Offic. Erysimi Herba.*

680. *SISYMBRIUM Sophia* petalis calyce minoribus, foliis decomposito pinnatis. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 256.*

In nemoribus ficcis, ruderatis, sepibus, ad vias & alibi copiosissime. *Majo. Junio.*

*Offic. (Sophiae Chirurgorum Herba.)*

TETRADYNAMIA SILIQUOSA. 221

CARDAMINE. *Lin. gen.* 876.

*Calyx* subhians. *Stigma* integrum. *Siliqua* elastice diffiliens valvulis revolutis.

681. CARDAMINE *pratensis* foliis pinnatis: foliolis radicalibus subrotundis: caulinis lanceolatis. *Lin. syst. ed. R.* 3. p. 248.

*Im Thiergarten, Jungfernheide, Grunewald, prope Friedrichsfelde, Schoenhausen, Tegel, Reineckendorf & alibi copiose. Majo. Junio.*

682. CARDAMINE *amara* foliis pinnatis, axillis stoloniferis. *Lin. syst. ed. R.* 3. p. 248.

*In der Jungfernheide, locis humidis, inque fossis passim. Majo.*

---

## CLASSIS XVI.

## MONADELPHIA

## TRIANDRIA.

JUNIPERUS, *Lin. gen.* 1246.

♂—♀. ♂. *Ament.* squamosum: squamis 10. 1 flor.  
ris. *Cor.* O.

♀. *Calyx* 3 partitus. *Petala* 3. *Styl.* 3. *Bacca*  
infera carnosa trisperma.

683. JUNIPERUS *Sabina* foliis oppositis erectis,  
decurrentibus: oppositionibus pyxidatis. *Lin.*  
*syst. ed. R.* 4. p. 277.

*Im Thiergarten rarius.* Aprili, Majo.

*Offic.* Sabinae Herba.

684. JUNIPERUS *communis* foliis ternis patenti-  
bus mucronatis bacca longioribus. *Lin. syst.*  
*ed. R.* 4. p. 278.

*Offic.* Juniperi Baccae. Lignum.

## PENTANDRIA.

XANTHIUM. *Lin. gen.* 1152.

♂—♀. ♂. *Calyx commun.* imbricatus. *Cor.* com-  
posita: *propria* monopetala infundibuliformis.  
*Recept.* paleaceum.

♀. *Calyx* involucrum diphyllum, biflorum. *Cor.*  
O. *Styli* 2. *Drupa* sicca muricata bifida. *Nu-*  
*cleus* bilocularis

MONADELPHIA DECANDRIA. 223

685. *XANTHIUM strumarium* caule inerme, foliis cordatis trinervatis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 137.*  
*Xanthium* foliis semitrilobatis, aculeis uncinatis.  
*Hall. helv. 1621.*

In ruderatis frequens. Augusto. Septembri.

*Offic. (Xanthii Semina.)*

DECANDRIA.

*GERANIUM. Lin. gen. 897.*

*Monogynia. Stigmata 5. Recept. elongatum, rostratum. Semina 5 arillata: arillo arista tortili donato.*

\* *Myrrhina. Stam. 5. antherifera. Cal. 5 phyllus. Fructus declinati.*

686. *GERANIUM cicutarium* pedunculis multifloris, floribus pentandris, foliis pinnatis incisifis obtusis, caule ramoso. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 317.*

*Æ. Geranium pimpinellaefolio. Dill. giff. 69.*

Ad vias in cultis, ruderatis, arvis, ubique fere copiose. Vere in autumnum usque.

\*\* *Batrachia Staminibus 10. antheriferis.*

687. *GERANIUM palustre* pedunculis bifloris longissimis declinatis, foliis quinquelobis incisifis, petalis integris. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 323.*

*Geranium* caule diffuso, foliis rugosis semiquinquelobis, lobulis trifidis, floribus sparsis, petalis integerrimis. *Hall. helv. 622.*



Ante portam Halensem im Aufstall, in der Jungfernheide, ad Tegel & alibi locis paludosis inque fossis frequens. Junio, Julio.

688. GERANIUM *pratense* pedunculis bifloris, foliis subpeltatis multipartitis rugosis acutis, petalis integris. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 324.*

Geranium caule erecto, foliis rugosis, hirsutis, multilobis, lobis trifidis, lobis semipinnatis floribus umbellatis. *Hall. helv. n. 931.*

β. albo flore.

Ad Tegel & sibi rarius, β. rarissime. Junio, Julio.

\*\*\* *Staminibus 10. antheriferis. Pedunculis bifloris, annua.*

689. GERANIUM *robertianum* pedunculis bifloris, calycibus pilosis decemangulatis. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 325.*

Geranium foliis duplicato-pinnatis, pinnis ultimis confluentibus, calycibus striatis hirsutis. *Hall. helv. n. 943.*

In nemorosis umbrosis passim, e. g. im Thiergarten, Jungfernheide, prope Tegel &c. Majo, Junio.

*Offic. (Geranii robertiani Herba.)*

690. GERANIUM *molle* pedunculis bifloris, folisque floralibus alternis, petalis bifidis, calycibus muticis, caule erectiusculo. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 326.*

MONADELPHIA POLYANDRIA. 225

In ruderatis, sepibus, ad vias & pagos frequens. Aestate.

691. GERANIUM *rotundifolium* pedunculis bifloris, petalis subintegris longitudine calycis, caule prostrato, foliis reniformibus incis. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 328.*

In cultis ad pagos, vias, sepes & alibi copiose. Aestate.

*Offic. (Pedis columbae Herba.)*

692. GERANIUM *pusillum* pedunculis bifloris, petalis emarginatis, caule depresso, foliis reniformibus palmatis linearibus acutis. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 328.*

In ruderatis, sepibus ad *Spandau* copiose. Aestate.

\*\*\*\* *Staminibus 10. antheriferis. Pedunculis unifloris.*

693. GERANIUM *sanguineum* pedunculis unifloris foliis quinquepartitis trifidis orbiculatis. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 329.*

In den *Papenberg* frequens. Junio. Julio.

POLYANDRIA.

ALTHAEA. *Lin. gen. 904.*

*Calyx duplex exterior 9 fidus. Arilli plurimi monospermi.*

694. ALTHAEA *officinalis* foliis simplicibus tomentosis. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 340.*

In pratis post *Staaken* frequens. Julio. Augusto.

*Offic.* Althaeae Herba, Radix. (*Semina.*)

MALVA. *Lin. gen.* 906.

*Calyx* duplex exterior triphyllus. *Arilli* plurimi monospermi.

695. MALVA *rotundifolia* caule prostrato, foliis cordato-orbiculatis obsolete quinquelobis, pedunculis fructiferis declinatis. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 346.*

In ruderatis, viis, ad sepes & pagos copiosissime. Aestate.

696. MALVA *sylvestris* caule erecto herbaceo, foliis septemlobatis acutis, pedunculis, petiolisque pilosis. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 347.*

Locis nemorosis *im Thiergarten* & alibi frequens. Majo. Junio.

*Offic.* Malvae Radix, Flores. (*Herba.*)

697. MALVA *mauritiana* caule erecto herbaceo, foliis quinquelobatis obtusis, pedunculis, petiolisque glabriusculis. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 347.*

In ruderatis passim. Inter olera inque rusticorum hortis frequens. Peregrinae forte originis. Junio. Julio.

698. MALVA *Alcea* caule erecto, foliis multo partitis scabriusculis. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 348.*

Ad *Doebritz* passim. Aestate.

*Offic.* Alceae Radix.

PINUS. *Lin. gen.* 1175.

♂ — ♀. ♂. *Calyx* 4 phyllus. *Cor.* O.

♀. *Calyx* strobilus: squama biflora. *Cor.* O.

*Pistillum* 1. *Nux* ala membranacea.

\* *Foliis pluribus ex eodem basi vaginali.*

699. PINUS *Sylvestris* foliis geminis: primordi-  
libus solitariis glabris. *Lin. syst. ed. R.* 3.  
p. 172.

Circum *Berolinum* copiosissime, magnas consti-  
tuens sylvas. *Majo.*

*Offic.* Pini Turiones & Resina.

700. PINUS *Larix* foliis fasciculatis obtusis. *Lin.*  
*syst. ed. R.* 3. p. 175.

Im *Thiergarten* passim, in der *Jungfernheide*  
frequens plantata. *Majo.*

*Offic.* Therebinthina veneta.

\*\* *Foliis solitariis & basi distinctis.*

701. PINUS *Picea* foliis solitariis emarginatis.  
*Lin. syst. ed. R.* 3. p. 175.

*Pinus Abies.* *Du Roi herbk.* 2. p. 95.

Im *Thiergarten* passim. *Majo.*

*Offic.* Resina.

702. PINUS *Abies* foliis solitariis subulatis mucro-  
natis laevibus bifariam versis. *Lin. syst. ed. R.*  
3. p. 177.

*Pinus picea.* Du Roi *harbk.* 2. p. 110.

Im Thiergarten frequens. Majo.

Offic. Resina.

TAXUS. *Lin. gen.* 1241.

♂. ♀. *Calyx* 4 phyllus gemmae. *Cor.* O. *An-*  
*therae* peltatae octofidae. *Styl.* O. *Semen*  
unicum in calyce baccato, apice dehiscente.

703. TAXUS *baccata* foliis approximatis. *Lin. syst.*  
*ed. R.* 3. p. 279.

Im Thiergarten passim. Majo.

---

CLASSIS XVII.

DI A D E L P H I A

H E X A N D R I A.

FUMARIA. *Lin. gen.* 920.

*Cal.* diphyllus. *Cor.* ringens. *Filament.* 2. membranacea, singula: *Antheris* 3.

704. FUMARIA *Halleri* radice bulbosa, caule simplici, bracteis cuneiformibus apice incisif.

Fumaria radice bulbosa, solida, caule simplici multifloro, bracteis digitatis. *Hall. helv.* n. 349.

*Fumaria bulbosa* caule simplici, bracteis longitudine florum  $\beta$ . *Lin. syst. ed. R.* 3. p. 378.

$\beta$ . radice cava.

Prope *Schoenhausen*, *Friedrichsfelde* & alibi passim. Aprili, Majo.

*Offic.* Aristolochiae rotundae fabaceae Radix.

Distinctissima bracteis incisif a *Fumaria bulbosa*  $\alpha$  *Linnei*. Radix aetate cava evadit.

705. FUMARIA *officinalis* pericarpis monospermis racemosis, caule diffuso. *Lin. syst. ed. R.* 3. p. 380.

Fumaria foliis multifidis subrotunde lanceolatis, fructibus monospermis. *Hall. helv.* 346.

In agris, cultis, ad vias copiose. Aestate.

*Offic.* Fumariae Herba.

### OCTANDRIA.

POLYGALA. *Lin. gen.* 921.

*Calyx* 5 phyllus: foliolis duobus alaeformibus coloratis. *Legumen* obcordatum biloculare.

706. POLYGALA *vulgaris* floribus cristatis racemosis, caulibus herbaceis simplicibus procumbentibus, foliis lineari lanceolatis. *Lin. syst. ed. R.* 3. p. 383.

β. flore rubro.

γ. flore variegato.

δ. foliis inferioribus obtusis.

In nemoribus frequens. v. g. *im Thiergarten, Jungfernheide, Grunewald &c.* Majo. Junio seq.

*Offic.* Polygalae vulgaris Radix. (*Folia.*)

Varietas δ. cum *Polygala amara* in nonnullis convenit, tamen valde diversa.

### DECANDRIA.

a. *Calyce bilabiato.*

SPARTIUM. *Lin. gen.* 929.

*Calyx* bilabiatus, deorsum productus. *Stigma* longitudinale, supra villosum. *Filamenta* gemini adhaerentia.

707. SPARTIUM *scoparium* foliis ternatis solitariisque, ramis inermibus angulatis. *Lin. syst. ed. R.* 3. p. 402.

*Bei dem Quappenkrüge copioſe. Im Thiergarten,  
prope Spandau & alibi frequens. Majo. Junio.  
Offic. Geniſtae Flores. (Semina.)*

GENISTA. *Lin. gen. 930.*

*Calyx bilabiatus. Vexillum oblongum deorſum  
reflexum. Piſtill. deprimens carinam. Stigma  
involutum.*

\* *Inermes.*

708. GENISTA *tinctoria* foliis lanceolatis glabris,  
ramis ſtriatis teretibus erectis. *Lin. ſyſt. ed.  
R. 3. p. 406.*

*Prope Tegel, Spandau, im Thiergarten & alibi  
copioſe. Junio. Julio.*

*Offic. (Geniſtae tinctoriae Herba.)*

709. GENISTA *pilosa* foliis lanceolatis obtuſis,  
caule tuberculato decumbente. *Lin. ſyſt. ed.  
R. 3. p. 407.*

*In der Haſenheide, Jungfernheide, Grunewald &  
alibi frequens in ericetis. Majo. Junio.*

\*\* *Spinosae.*

710. GENISTA *germanica* ſpinis compositis, ramis  
floriferis inermibus, foliis lanceolatis. *Lin.  
ſyſt. ed. R. 3. p. 408.*

*In der Haſenheide, Papenbergen & alibi paſſim.  
Junio. Julio.*

PHASEOLUS. *Lin. gen. 940.*

*Carina cum ſtaminibus ſtyloque ſpiraliter  
torta.*



711. *PHASEOLUS vulgaris* caule volubili, floribus racemosis geminis, bracteis calyce minoribus, leguminibus pedicellatis. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 441.*

In hortis vulgaris cultus. Aestate.

712. *PHASEOLUS nanus* caule erecto laevi, bracteis calyce majoribus, leguminibus pendulis compressis rugosis. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 444.*

In agris & hortis frequens colitur. Aestate.

*CORONILLA. Lin. gen. 956.*

*Calyx* bilabiatus: dentibus superioribus connatis. *Vexillum* vix alis longius. *Legumen* isthmis interceptum, rectum.

713. *CORONILLA varia* herbacea, leguminibus erectis teretibus torosis numerosis, foliolis plurimis glabris. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 493.*

*Im Thiergarten* passim. *Prope Wedding, Reinckendorf* & alibi frequens. Junio. Julio.

*b. Calyce quinquepartito.*

*ONONIS. Lin. gen. 935.*

*Calyx* 5 partitus: laciniis linearibus. *Vexillum* striatum. *Filamenta* connata absque fissura. *Legumen* turgidum fessile.

714. *ONONIS arvensis* floribus racemosis geminis, foliis ternatis: superioribus solitariis, ramis inermibus. *Retz prod. fl. Scand. n. 781. Observ. bot. fasc. 1. p. 23. n. 78. & fascicul. 2. p. 21. n. 67.*

DIADELPHIA DECANDRIA. 233

*Ononis arvensis*  $\alpha$ . *mitis*. *Lin. syst. ed. R. 3.*  
p. 424.

Prope *Tegel* & ad margines nemorum rarius,  
Julio. Augusto.

Sequenti simillima; differt tam ramis semper  
inermibus, caule herbaceo & majori.

715. *ONONIS spinosa* floribus racemosis solitariis,  
foliis ternatis solitariisque ramis spinosis.  
*Retzii prod. fl. Scand. p. 137. n. 782. Observ.*  
*botan. fascicul. 1. p. 23. n. 78. & fascicul. 2.*  
p. 2. n. 6.

*Ononis arvensis*  $\beta$ . *spinosa*. *Lin. syst. ed. R. 3.*  
p. 424.

$\beta$ . Junior planta non spinosa. *Hall. helv. 356.*

$\gamma$ . flore albo. *Hall. helv. n. 351.*

In agris, arvis copiose  $\gamma$ . rarius. e. g. *in der Ha-*  
*senheide, Jungfernheide, prope Tegel &c.*  
Aestate.

*Offic. (Ononidis Herba.)*

Junior planta spinis destituta, adulta vero donata.

Cum praecedenti specie feminavi, & haec spi-  
nas accepit, illa semper spinis destituta erat.

*PISUM. Lin. gen. 944.*

*Cal. lacinae superiores 2 breviores. Stylus trian-*  
*gulus, supra carinatus. Stigma villosum.*

716. *PISUM sativum* petiolis teretibus, stipulis in-  
ferne roduntatis crenatis, pedunculis multiflo-  
ris. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 457.*

In agris & hortis copiose cultum. Aestate.

717. *PISUM arvense* petiolis tetraphyllis, stipulis crenatis, pedunculis unifloris. *Lin. syst. ed. R.* 3. p. 457.

Rarius inter segetes. Aestate.

Flores nunquam albi.

LATHYRUS. *Lin. gen.* 946.

*Calycis* lacinae superiores 2. breviores. *Stylus* planus, supra villosus, superne latior.

718. *LATHYRUS pratensis* pedunculis multifloris, cirrhis diphyllis simplicissimis: foliolis lanceolatis. *Lin. syst. ed. R.* 3. p. 467.

*Lathyrus* scapis multifloris, foliis lanceolatis, capreolis simplicibus. *Hall. helv.* n. 436.

In pratis prope *Charlottenburg, Tegel, in der Jungferuheide*, ad *Keineckendorf* & alibi frequens. Junio.

719. *LATHYRUS sylvestris* pedunculis multifloris, cirrhis diphyllis: foliolis ensiformibus, internodiis membranaceis. *Lin. syst. ed. R.* 3. p. 467.

*Lathyrus* caule alato, foliis geminis ensiformibus. *Hall. helv.* n. 434.

In der *Hasenheide* frequens. Junio. Julio.

720. *LATHYRUS palustris* pedunculis multifloris, cirrhis polyphyllis, stipulis lanceolatis. *Lin. syst. ed. R.* 3. p. 468.

*Lathyrus* foliis fenis, floribus racemosis. *Hall. helv.* n. 431.

DIADELPHIA DECANDRIA. 235

In pratis propter *Hennigsdorf*, ad fossam *hinterm Gewehrplan* prope *Spandau* &c. frequens.

ERVUM. *Lin. gen.* 948.

*Cal.* 5 partitus longitudine fere corollae: laciniis subaequalibus.

721. ERVUM *Lens* pedunculis subbifloris, feminibus compressis convexis. *Lin. syst. ed. R.* 3. p. 476.

Frequens cultum in agris. Aestate.

722. ERVUM *tetraspermum* pedunculis subbifloris, feminibus globosis quaternis. *Lin. syst. ed. R.* 3. p. 476.

Inter segetes in agris passim. Aestate.

723. ERVUM *hirsutum* pedunculis multifloris, feminibus globosis binis. *Lin. syst. ed. R.* 3. p. 477.

Inter segetes in agris copiosissime, inque hortis & pratis passim. Aestate.

HEDYSARUM. *Lin. gen.* 961.

*Cor.* carina transverse obtusa. *Legumen* articulis monospermis.

724. HEDYSARUM *Onobrychis* foliis pinnatis, leguminibus monospermis aculeatis, corollarum alis calycem aequantibus, caule elongato. *Lin. syst. ed. R.* 3. p. 514.

In agris passim colitur. Junio. Julio.

LOTUS. *Lin. gen.* 969.

*Cal.* tubulosus femiquinquefidus. *Alae* sursum longitudinaliter conniventes. *Filamenta* cuneiformia apice truncata. *Antherae* minimae.

725. LOTUS *corniculatus* capitulis depressis, caulibus decumbentibus, leguminibus cylindricis patentibus. *Lin. syst. ed. R.* 3. p. 568.

β. Lotus pentaphyllos flore majore luteo, splendente. *Bauh. pin.* 332.

In agris, versuris, pratis, pascuis, nemoribus copiose. β. locis humidis. Aestate.

MEDICAGO. *Lin. gen.* 971.

*Pistillum* incurvatum e carina elastice exsiliens, eandemque deflectens. *Legumen* compressum cochleatum.

\* *Floribus* spicatis. *Caule* saepius erecto, absque stipulis.

726. MEDICAGO *sativa* pedunculis racemosis, leguminibus contortis, caule erecto glabro. *Lin. syst. ed. R.* 3. p. 574.

In der Jungfernheide unico loco & in coemeterio ad Tegel frequens. Culta passim. Julio. Augusto.

727. MEDICAGO *falcata* pedunculis racemosis, leguminibus lunatis, caule prostrato. *Lin. syst. ed. R.* 3. p. 574.

Prope Friedrichsfelde, Reineckendorf, Tegel & alibi frequens. Aestate.

728. *MEDICAGO lupulina* spicis ovalibus, leguminibus reniformibus monospermis, caulibus procumbentibus. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 575.*

In agris, pascuis, pratis ficcis, arvis, nemoribus apricis copiose. Aestate.

\*\* *Polymorphae. Pedunculis paucifloris, caule diffuso: stipulis munito.*

729. *MEDICAGO minima* caule diffuso, stipulis integris, leguminibus ternatis cochleatis: aculeis uncinatis.

*Medicago polymorpha* leguminibus cochleatis, stipulis dentatis, caule diffuso. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 575. variet. λ. minima* leguminibus cochleatis subternatis, spinulis uncinatis, stipulis integris. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 578.*

In agris versus *Hasenheide* rarius. Majo. Junio.

Varietates *Medicaginis polymorphae* a *Perill. Linneo* indicatae, verae species sunt, licet in nonnullis conveniant. Cultura non unam in alteram mutat, semper observavi.

*c. Calyce quinquedentato.*

ANTHYLLIS. *Lin. gen. 936.*

*Cal. ventricosus 5 dentatus. Legumen subrotundum calyce tectum.*

730. *ANTHYLLIS Vulneraria* herbacea, foliis pinnatis inaequalibus, capitulo duplicato. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 403.*

In der *Hasenheide* passim. In pratis vor *Falcken-*

OROBUS, *Lin. gen.* 945.

*Cal.* cylindricus, basi obtusus 5 dentatus: laciniis superioribus profundioribus, brevioribus. *Stylus* linearis.

731. OROBUS *vernus* foliis pinnatis ovatis, stipulis semifagittatis integerrimis, caule simplici. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 459.*

*In den Papenberggen rarissime. Majo.*

732. OROBUS *tuberosus* foliis pinnatis lanceolatis, stipulis semifagittatis integerrimis, caule simplici. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 460.*

*In der Hasenheide, Jungfernheide, Thiergarten & alibi frequens. Majo. Junio.*

733. OROBUS *niger* caule ramofo, foliis sexjugis, ovato-oblongis. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 460.*

*In den Papenberggen frequens. Junio. Julio.*

VICIA, *Lin. gen.* 947.

*Stigma* obtusum sub apice transverse barbatum.

\* *Pedunculis elongatis.*

734. VICIA *cassubica* pedunculis subsexfloris, foliis denis ovatis, acutis, stipulis integris. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 470.*

*In der Hasenheide frequens. Junio.*

735. VICIA *Cracca* pedunculis multifloris, floribus imbricatis, foliolis lanceolatis pubescentibus, stipulis integris. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 471.*

*Vicia* foliis linearibus sericeis, racemis multifloris reflexis, stipulis integerrimis. *Hall. helv. n. 424.*

*In pratis & pascuis copiosissime. Junio. Julio.*

736. *Vicia Gerardi* pedunculis multifloris, foliis linearibus obtusis trinerviis, stipulis integris, caule erecto.

*Vicia Gerardi* pedunculis multifloris, foliolis oblongis, subpubescentibus, stipulis integris, caule erecto. *Murr syst. ed. 14. p. 564? Jacq. aust. vol. 3. t. 229?*

*In der Hasenheide rarius. Junio.*

Flores semper violacei nec caerulei. Foliola linearia obtusa trinervia mucrone minutissimo, subpubescentia. Stipulae superiores lineares, inferiores subhastatae.

Adhuc incertus sum, an vera sit *Vicia Gerardi*; quum splendidissimum opus *Perill. Jacquini* non possideo.

\*\* *Floribus axillaribus, sessilibus.*

737. *Vicia sativa* leguminibus sessilibus subbinatis erectis, foliis retusis, stipulis notatis. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 472.*

Inter segetes passim. Saepius culta. Junio. Julio.

738. *Vicia monantha* pedunculis unifloris aristatis, foliolis lanceolatis obtusis, stipulis bifidis. *Retzii observ. botan. fascicul. 3. p. 39. n. 81.*

In agris passim. e. g. prope *den Fasanengarten, Tegel &c.* Majo. Junio.

739. *Vicia lathyroides* leguminibus sessilibus solitariis erectis glabris, foliolis senis: inferioribus obcordatis. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 473.*



Inter *Pancko & Schoenhausen in der Allee, im Thiergarten bei den Puppen, prope Spandau & alibi passim.* Majo.

Cirrhis instruitur & destituitur, *Retzii Observ. botan. fasc. I. p. 24. n. 83.* Semper absque cirrhis vidi.

740. *Vicia sepium* leguminibus pedicellatis subquaternis erectis, foliolis ovatis integerrimis: exterioribus decrefcentibus. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 474.*

In pratis ad pagos & fepes locis humentibus passim, e. g. prope *Buchholtz, Reineckendorf &c.* Majo. Junio.

741. *Vicia Faba* caule erecto, petiolis absque cirrhis. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 475.*

In hortis frequens colitur. Aestate.

ORNITHOPUS. *Lin. gen. 957.*

*Legumen articulatum, teres, arcuatum.*

742. *Ornithopus perpusillus* foliis pinnatis, leguminibus incurvatis. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 494.*

*Ornithopodium* caule prostrato, foliis pinnatis, siliquis umbellatis, articulatis. *Hall. helv. n. 393.*

*Ornithopodium minus.* *Bauh. pin. 350.*

β. *Ornithopodium majus.* *Bauh. pin. 350.*

γ. *Ornithopodium* radice tuberculis nodosa, *Bauh. pin. 350.*

In agris *bei der Hasenheide* copiose. Ad *Pancko, Blanckenfelde &c.* frequens, β, rarius. Majo.

DIADELPHIA DECANDRIA. 241

ASTRAGALUS. *Lin. gen.* 965.

*Legumen biloculare gibbum.*

743. ASTRAGALUS *glycyphyllus* caulescens prostratus, leguminibus subtriquetris arcuatis, foliis ovalibus pedunculo longioribus. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 529.*

*In der Hasenheide passim. Junio. Julio.*

744. ASTRAGALUS *arenarius* caulescens ramosus erectus tomentoso albus, foliolis complicatis, pedunculis subquadrifloris. *Retz observ. botan. fascicul. 3. p. 41. n. 87. tab. 3.*

*Astragalus arenarius subcaulescens procumbens, floribus subracemosis erectis, foliolis tomentosis. Lin. syst. ed. R. 3. p. 533.*

*In der Hasenheide rarius, Prope Wedding copiose. Junio. Julio.*

TRIFOLIUM. *Lin. gen.* 968.

*Flores subcapitati. Legumen vix calyce longius, non dehiscens, deciduum.*

\* *Meliloti leguminibus nudis polyspermis.*

745. TRIFOLIUM *officinale* leguminibus racemosis nudis dispermis rugosis acutis, caule erecto. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 547.*

*Melilotis officinarum germaniae, flore albo. Tournef. inst. r. herb. 407.*

*In ruderatis, sepibus, coemeteriis, ad pagos & alibi passim. Aestate.*

*Offic. Meliloti citrinae & albae Herba florens.*

\*\* *Lotoidea leguminibus tectis polyspermis.*

746. TRIFOLIUM *hybridum* capitulis umbellari-  
bus, leguminibus tetraspermis, caule adscen-  
dente. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 549.*

Locis cultis, in agris, ad vias inque pratis passim,  
e. g. ad *Schoeneberg, Reineckendorf &c.* Majo.  
Junio.

747. TRIFOLIUM *repens* capitulis umbellaribus,  
leguminibus tetraspermis, caule repente. *Lin.*  
*syst. ed. R. 3. p. 549.*

β. foliis maculatis.

In agris, arvis, locis cultis copiosissime; per to-  
tam aestatem.

*Offic. (Trifolii albi Flores.)*

\*\*\* *Lagopoda calycibus villosis.*

748. TRIFOLIUM *pratense* spicis globosis subvil-  
lofis, cinctis stipulis oppositis membranaceis,  
corollis monopetalis. *Lin. syst. ed. R. 3.*  
*p. 552.*

β. foliis albo maculatis.

γ. foliis viridibus.

In pratis, pascuis ubique copiosissime. Ae-  
state.

749. TRIFOLIUM *alpestre* spicis subglobosis villo-  
sis terminalibus, caule erecto, foliis lanceola-  
tis ferrulatis. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 553.*

*Im Thiergarten rarius. In der Hasenheide & Pa-  
penbergen frequens. Junio. Julio.*

750. TRIFOLIUM *arvense* spicis villosis ovalibus, dentibus calycinis setaceis villosis aequalibus.

*Lin. syst. ed. R. 3. p. 555.*

In agris post messem copiose.

*Offic. (Lagopi Flores.)*

\*\*\*\* *Vesicaria calycibus inflatis ventricosis.*

751. TRIFOLIUM *fragiferum* capitulis subrotundis, calycibus inflatis bidentatis reflexis, caulibus repentibus. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 559.*

Trifolium caule repente, spicis glabris, calycibus sericeis, ampullescentibus, *Hall. helv. n. 370.*

In pratis versus *Hasenheide*, *hinterm Thiergarten*, ante portam *Halensem im Aufstall* & alibi frequens. Julio. Augusto.

\*\*\*\*\* *Lupulina vexillis corollae inflexis.*

752. TRIFOLIUM *montanum* spicis subimbricatis subtribus, vexillis subulatis emarescentibus, calycibus nudis, caule erecto. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 560.*

Trifolium cauliculo paucifloro, foliis elliptico-lanceolatis, nervosis, subtus subhirsutis. *Hall. helv. n. 372.*

In der *Hasenheide*, *Papenberg*, in via inter *Seeburg* & *Dalgow* alibique frequens. Junio. Julio.

753. TRIFOLIUM *aureum* spicis ovalibus imbricatis vexillis deflexis persistentibus caly-

cibus nudis, stipulis lanceolatis nudis, foliolo impari sessili, caule erecto. *Pollich. pal. tom. 2. p. 344. n. 708.*

*In der Spandauerheide* in plantariis passim. Junio. Julio.

754. *TRIFOLIUM agrarium* spicis ovalibus imbricatis, vexillis deflexis persistentibus, calycibus nudis, caule erecto. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 560.*

*Trifolium agrarium* spicis ovalibus imbricatis; vexillis deflexis persistentibus, calycibus subpubescentibus, stipulis cordatis ciliatis, foliolo impari petiolato, caule diffuso. *Pollich. pal. tom. 2. p. 342. n. 707.*

In agris, arvis, cultis, pratis siccis, ad vias copiose. Aestate.

---

CLASSIS XVIII.

POLYADELPHIA

POLYANDRIA.

HYPERICUM. *Lin.* 981.

*Cal.* 5. *partitus inferus.* *Petala* 5. *Filamenta*  
*multa in 5 phalanges basi connata Capsula.*

\* *Trigyna, calycibus, bracteisque glabris.*

755. HYPERICUM *quadrangulare* floribus trigynis, caule quadrato herbaceo. *Lin. syst. ed. R.*  
*3. p. 595.*

*Im Thiergarten & prope Spandau passim. Julio.*

756. HYPERICUM *perforatum* floribus trigynis, caule ancipiti, foliis pellucido-punctatis. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 595.*

*In nemoribus & pratis nemorosis, inque versuris agrorum copiosissime. Aestate.*

*Offic. Hyperici Flores, Herba. (Semina.)*

757. HYPERICUM *humifusum* floribus trigynis axillaribus solitariis, caulibus ancipitibus prostratis filiformibus, foliis glabris. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 596.*

*Hypericum caule prostrato, foliis ovatis, calycibus ferratis punctatis. Hall. helv. n. 1039.*

*Im Grunewald frequens. Julio. Augusto.*

\*\* *Trigyna: calycibus bracteisque serrato-glandulosis.*

758. *HYPERICUM montanum* floribus trigynis, calycibus serrato-glandulosis, caule tereti erecto, foliis ovatis glabris. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 597.*

*Hypericum* foliis ovatis, ora punctata, calycibus lanceolatis serratis glanduligeris. *Hall. helv. n. 1042.*

In nemorosis umbrosis ad *Tegel* frequens. Julio. Augusto.

759. *HYPERICUM dubium* floribus trigynis, caule subquadrato herbaceo, foliis ovatis, calycibus obtusissimis. *Leers herborn. p. 165. n. 594.*

Im *Briselang & Papenberg* frequens. Julio. Augusto.

## CLASSIS XIX.

SYNGENESIA  
AEQUALIS.

a. *Semiflosculosi, corollis omnibus  
ligulatis.*

TRAGOPOGON. *Lin. gen. 984.*

*Receptaculum nudum. Cal. simplex. Pappus stipitatus plumosus.*

760. TRAGOPOGON *pratensis* calycibus corollae  
radium aequantibus, foliis integris strictis.  
*Lin. Syst. ed. R. 3. p. 611.*

In pratis, pascuis, nemoribus apricis humidis frequens. Junio. Julio.

*Offic. (Barbae Hirci Radix.)*

761. TRAGOPOGON *major* calycibus corolla radio  
longioribus, foliis integris strictis, pedunculis  
superne incrassatis, corollis ad apicem rotundatis.  
*Murr. Syst. 14. p. 710. Jacq. austr. v. 1. t. 29.*

Prope *Spandau* passim. Julio.

SCORZONERA. *Lin. gen. 985.*

*Receptaculum nudum. Cal. imbricatus, squamis margine scariosis. Pappus stipitatus plumosus.*



762. *SCORZONERA humilis* caule subnudo unifloro, foliis lato-lanceolatis nervosis planis.  
*Lin. syst. ed. R. 3. p. 615.*

*Scorzonera* caule unifloro nudo, foliis lanceolatis. *Hall. helv. n. 10.*

*In der Jungfernheide* passim. Majo. Junio.

763. *SCORZONERA purpurea* foliis lineari-subulatis integris canaliculato-triquetris pedunculis cylindricis. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 616.*

*In der Jungfernheide* rarissime. Junio. Julio.

*SONCHUS. Lin. gen. 987.*

*Receptaculum nudum. Cal. imbricatus conicus. Pappus pilosus sessilis.*

764. *SONCHUS palustris* pedunculis calycibusque hispidis subumbellatis, foliis runcinatis basi sagittatis. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 620.*

Locis uliginosis paludosis ad *Spandau, Reineckendorf* rarius. Julio. Augusto.

765. *SONCHUS arvensis* pedunculis calycibusque hispidis subumbellatis, foliis runcinatis acute dentatis, amplexicaulibus basi obtusis.

*Sonchus arvensis* pedunculis calycibusque hispidis subumbellatis, foliis runcinatis basi cordatis.  
*Lin. syst. ed. R. 3. p. 621.*

*In pratis, pascuis agris humentibus* frequens. Aestate.

766. *SONCHUS oleraceus* foliis amplexicaulibus dentatis integris & semipinnatis calycibus laevibus. *Hall. helv. n. 21.*

*Sonchus oleraceus* pedunculis tomentosis, calycibus glabris. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 621. varietas*  $\alpha$  &  $\beta$  *laevis.*

*Sonchus laevis.* *Jacob. Catalog. plant. Faverh. 109.*

$\beta$ . *Sonchus laevis minor paucioribus laciniis.* *Jacob. Catalog. plant. Faverhamiens. p. 109.*

Ad sepes, in ruderatis cultis oleraceis copiosissime. Aestate.

*Offic. (Sonchi laevis Herba.)*

767. *SONCHUS asper* foliis amplexicaulibus rigidis integris & semipinnatis, dentatis, calycibus laevibus. *Hall. helv. n. 22.*

*Sonchus oleraceus*  $\gamma$  &  $\delta$  *asper.* *Lin. syst. ed. R. 3. p. 621.*

*Sonchus asper laciniatus.* *Jacob. Cat. pl. Faverh. 109.*

$\beta$ . *Sonchus asper non laciniatus.* *Jacob. Cat. pl. Faverh. 109.*

In ruderatis, ad sepes inque cultis passim. Aestate.

Cum *Celeber. Hallero* hanc speciem ab oleraceo separavi, quum diversissima & constans,

LACTUCA, *Lin. gen. 988.*

*Receptaculum nudum. Cal. cylindricus imbricatus, squamis margine membranaceis. Semina laevia. Pappus stipitatus pilosus.*

768. *LACTUCA sativa* foliis rotundatis caulinis cordatis, caule corymbofo. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 625.*

In hortis copiose colitur. Aestate.

*Offic. (Semen Lactucae.)*

769. *LACTUCA Scariola* foliis verticalibus carina aculeatis. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 625.*

*Lactuca* foliis semipinnatis, nervo spinoso. *Hall. helv. n. 14.*

*Im Thiergarten, ante portam Halensem, in ruderatis rarius. In urbe auf der langen Brücke frequens. Aestate.*

*Offic. (Semen Scariolae.)*

*CHONDRILLA. Lin. gen. 989.*

*Receptaculum nudum. Calyx cylindricus strictus, calyculatus. Anthodii flores duplici serie. Semina muricata. Pappus stipitatus pilosus.*

770. *CHONDRILLA juncea* foliis radicalibus runcinatis, caulinis linearibus integris. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 627.*

*Chondrilla juncea* foliis radicalibus eroso-pinnatifidis lyratis, caule basi aculeato, floribus spicatis. *Gouan illustr. 54.*

*Ante portam Oranienburgicam copiose & alibi passim, Julio, Augusto.*

*PRENANTHES. Lin. gen. 990.*

*Receptaculum nudum. Calyx calyculatus. Anthodii flores simplici serie. Pappus pilosus subsessilis.*

771. *PRENANTHES muralis* floribus paniculatis, anthodiis quinquefloris; foliis runcinatis: lobis acutis ferratis, terminali triangulari-trilobo.

*Prenanthes muralis* flosculis quinis, foliis runcinatis. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 630.*

*Im Thiergarten, Jungfernheide, Papenberg*  
& alibi passim. Julio. Augusto.

Pappus stipitatus.

*Offic. (Chondrillae Herba.)*

## TARAXACUM.

*Receptaculum* convexum nudum. *Calyx* oblongus, calyculatus duplici foliorum serie. *Pappus* stipitatus plumosus.

772. *TARAXACUM officinale* squamis calycinis exterioribus reflexis, foliis runcinatis acute dentatis glabris.

*Taraxacum officinale. Wiggers primit. n. 595.*

*Hedypnois Taraxacum* calyces squamae exteriores & imae reflexae. *Scop. carn. ed. 2. n. 957.*

*Leontodon Taraxacum* calyce inferne reflexo, foliis runcinatis denticulatis laevibus. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 631.*

β. Dens leonis angustiore folio. *Bauh. pin. 126.*

γ. folio latiore & parum inciso.

In pratis, pascuis, pomariis ubique copiosissime.  
Aestate praecipue Junio.

*Offic. Radix & Herba recens Taraxaci.*

LEONTODON. *Lin. gen. 991.*

*Receptaculum* planiusculum nudum. *Calyx* imbricatus. *Pappus* plumosus sessilis.

773. *LEONTODON autumnale* caule ramoso, pe-

tis integerrimis glabris. *Lin. syst. ed. R. 3.*  
p. 633.

Picris caule nudo brachiato, foliis glabris semipinnatis. *Hall. helv. n. 28.*

*In der Hasenheide, Thiergarten, ad Spandau & alibi passim. Augusto.*

774. LEONTODON *hispidum* calyce toto erecto, foliis dentatis integerrimis hispidis: pilis furcatis. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 634.*

*In der Hasenheide versus den Rollbergen passim. Julio.*

775. LEONTODON *hirtum* calyce toto recto, foliis dentatis hirtis: setis simplicissimis. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 634.*

Crepis foliis lanceolatis dentato sinuatis hispidis, setis subulatis, scapo unifloro. *Sp. pl. I. p. 799.*  
Cum praecedenti *in der Hasenheide. Julio. Augusto.*

HIERACIUM. *Lin. gen. 992.*

*Receptaculum nudum. Cal. imbricatus ovatus.*

*Pappus pilosus sessilis.*

\* *Scapo nudo unifloro.*

776. HIERACIUM *Pilosella* foliis integerrimis ovatis subtis tomentosis, stolonibus repentibus, scapo unifloro. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 638.*

*In pascuis aridis arenosis, collibus, nemoribusque apricis copiosissime. Per totam aestatem.*

*Offic. Pilosellae f. Auriculæ muris Herba & Flores.*

\*\* *Scapo nudo multifloro.*

777. *HIERACIUM dubium* foliis integris ovato-oblongis, stolonibus repentibus, scapo nudo multifloro. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 638.*

*Hieracium* caule nudo paucifloro, stolonibus reptantibus, foliis longe pilosis lanceolatis. *Hall. helv. n. 53.*

In pratis humidis *vor der Hasenheide* & prope *Spandau* passim. Junio. Julio.

778. *HIERACIUM cymosum* foliis lanceolatis integris pilosis, scapo subnudo basi piloso, floribus subumbellatis. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 639.*

*Hieracium* caule subnudo, foliis hirsutis lanceolatis, floribus umbellatis, petiolis ramosis. *Hall. helv. n. 51.*

Im *Briselang* in plantariis copiose. Junio. Julio.

\*\*\* *Caule folioso.*

779. *HIERACIUM sylvaticum* caule ramoso folioso, foliis radicalibus ovatis petiolatis, caulinis sessilibus, pedunculis multifloris. *Gouan illustr. p. 56. Retzii observ. botan. fascicul. 1. p. 27. n. 90.*

*Hieracium murorum* caule ramoso, foliis radicalibus ovatis dentatis caulino minori. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 643. var. B.*

Im *Thiergarten* & *Jungfernheide* passim. Julio. Augusto.

*Offic. (Pulmonariae gallicae Herba.)*

Varietatem  $\alpha$ . *Hieracii murorum* Lin. hic nondum observavi, diversissima est & *Celebr. Gouanius* istam recte separavit.

780. *HIERACIUM paludosum* caule paniculato, foliis amplexicaulibus dentatis glabris, calycibus hispidis. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 643.*

*Hieracium* foliis glabris dentatis, imis petiolatis, superioribus amplexicaulibus, calycibus hirsutis. *Hall. helv. n. 45.*

*Im Elsbruch versus Falkenhagen passim. Junio.*

781. *HIERACIUM sabaudum* caule erecto multifloro, foliis ovato-lanceolatis dentatis semiamplexicaulibus. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 647.*

*Hieracium* foliis hirsutis, dentatis, inferioribus ellipticis, superioribus ovato-lanceolatis. *Hall. helv. n. 35.*

*In den Papenberggen passim. Julio. Augusto.*

782. *HIERACIUM umbellatum* foliis linearibus subdentatis sparsis, floribus subumbellatis. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 647.*

$\beta$ , foliis pene ovatis, vix dentatis, caule humili, pene unifloro. *l. c. p. 648.*

$\gamma$ . angustissimis, quasi lineariae foliis. *Ibid.*

*Ante portam Halensem, prope Tegel, Spandau, Friedrichsfelde & alibi frequens.  $\alpha$ , rarius,  $\beta$ . &  $\gamma$ . vulgares. Julio. Augusto.*

*CREPIS. Lin. gen. 993.*

*Receptaculum nudum. Calyx calyculatus, squamis deciduis. Pappus pilosus.*

783. *CREPIS tectorum* foliis lanceolato runcinatis  
fessilibus laevibus, inferioribus dentatis. *Lin.*  
*syst. ed. R. 3. p. 652.*

In nemoribus, pratis, pascuis ubique fere co-  
piofissime. Julio. Augusto.

Planta polymorpha.

784. *CREPIS Dioscoridis* foliis radicalibus runci-  
natis, caulinis hastatis, calycibus subtomento-  
fis. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 654.*

Ante portam Halensem im Aufstall passim. Julio.  
Augusto.

Calyces externe pilis minutissimis albis obsiti.  
Pappus fessilis.

*HYOSERIS. Lin. gen. 995.*

*Receptaculum* nudum. *Cal.* subaequalis. *Pappus*  
pilosus calyculatusque, (vel nullus.)

785. *HYOSERIS minima* caule diviso nudo, pe-  
dunculis incrassatis. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 658.*

Lapsana foliis ovatis dentatis, caulibus nudis sub  
flore tumentibus. *Hall. helv. n. 4.*

In agris arenosis inter segetes frequens e. g. pro-  
pe *Friedrichsfelde, Charlottenburg &c.* Julio.  
Augusto.

Pappus nullus.

Lapsanae adsociavit *Celeber. Haller & idem* fe-  
cissim, nisi calyx diversissimus esset.

*LAPSANA. Lin. gen. 998.*

*Receptaculum* nudum. *Cal.* calyculatus, squamis  
singulis interioribus canaliculatis. *Pappus* nullus.



786. *LAPSANA communis* calycibus fructus angulatis, pedunculis tenuibus ramosissimis. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 663.*

Lapsana caule brachiato, foliis ovatis, longe petiolatis, petiolis pinnatis. *Hall. helv. n. 6.*

In nemoribus, cultis, hortisque copiose. Aestate.

*CICHORIUM. Lin. gen. 1000.*

*Receptaculum* subpaleaceum. *Cal.* calyculatus. *Semina* corona 5 dentata, obsolete pilosa.

787. *CICHORIUM Intybus* floribus geminis sessilibus, foliis runcinatis. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 665.*

Ad agrorum margines, sepes, inque ruderatis passim. In hortis frequens colitur. Julio, Augusto.

*Offic.* Cichorii sylvestris & hortensis Radix.

788. *CICHORIUM Endivia* floribus solitariis pedunculatis, foliis integris crenatis. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 665.*

β. *Endivia crispa. Bauh. pin. 125.*

Cultum in hortis frequens. Aestate.

*Offic.* (*Endiviae Herba.*)

Varietas β. ad acetaria pertinet.

*HYPOCHAERIS. Lin. gen. 997.*

*Receptaculum* paleaceum. *Cal.* subimbricatus. *Pappus* stipitatus plumosus.

789. *HYPOCHAERIS maculata* caule subnudo: ramo solitario, foliis ovato-oblongis integris dentatis. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 661.*

Hypochaeris caule unifloro, foliis dentatis hirsutis. *Hall. helv.* 2. n. 2. t. 1.

*Achyrophorus maculatus.* *Scop. carn.* 2. p. 116. n. 986.

β. foliis immaculatis.

Ad *Doebritz, in den Papenberggen, versus Coepnick* in nemorosis umbrosis passim. Junio. Julio. *Offic. (Costae Herba.)*

790. HYPOCHAERIS *glabra*, glabra, calycibus imbricatis, caule ramoso nudo, foliis dentato-sinuatis. *Lin. syst. ed. R.* 3. p. 662.

Hypochaeris foliis glabris, semipinnatis. *Hall. helv.* n. 3.

Ante *portam Halensem* & alibi passim. Julio. Augusto.

791. HYPOCHAERIS *radicata* foliis runcinatis obtusis scabris, caule ramoso nudo laevi, pedunculis squamosis. *Lin. syst. ed. R.* 3. p. 662.

Hypochaeris foliis semipinnatis hirsutis, caule nudo brachiato. *Hall. helv.* n. 3.

In pascuis, versuris, nemoribusque apricis frequens. e. g, *im Thiergarten, Hasenheide* &c. Aestate.

### b. Capitati.

ONOPORDON. *Lin. gen.* 1006.

*Receptaculum* nudum favosum. *Cal.* imbricatus subrotundus ventricosus; squamis mucronatis. *Pappus* sessilis pilosus.

792. *ONOPORDON Acanthium* calycibus squarrosis, squamis patentibus, foliis ovato-oblongis sinuatis. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 690.*

In ruderatis, ad sepēs, pagos, inque cœmeteriis passim. Julio. Augusto.

*Offic. (Acanthii vulgaris Herba & Semina.)*

*CARDUUS. Lin. gen. 1004.*

*Receptaculum pilosum. Cal. ovatus imbricatus; squamis spinosis. Pappus sessilis pilosus.*

793. *CARDUUS nutans* foliis femidecurrentibus spinosis, floribus cernuis: squamis calycinis superne patentibus. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 675.*

*Carduus* foliis semipinnatis, pinnis angulosis, spinosis, floribus solitariis nutantibus. *Hall. helv. n. 167.*

Ad vias, pagos, in versuris agrorum, arvis, pascuisque ficcis copiose. Julio. Augusto.

794. *CARDUUS acanthoides* foliis decurrentibus sinuatis margine spinosis, calycibus pedunculatis solitariis erectis villosis. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 675.*

*Carduus* foliis ovatis & semipinnatis, subtus tomentosus spinosis, calycibus molliter spinosis. *Hall. helv. n. 165.*

In agris, arvis, cœmeteriis ad *Tempelhof, Schoenhäusen* & alibi infrequens. Julio. Augusto.

795. *CARDUUS crispus* foliis decurrentibus sinuatis margine spinosis, floribus aggregatis ter-

minalibus, squamis calycinis inermibus subaristatis patulis. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 676.*

In agris locisque cultis rarius. Julio. Augusto.

796. *CARDUUS marianus* foliis amplexicaulibus hastato-pinnatifidis spinosis, calycibus aphyllis: spinis canaliculatis duplicato-spinosis, *Lin. syst. ed. R. 3. p. 682.*

In der Jungfernheide passim. Julio. Augusto.

*Offic.* Cardui mariae Semina.

*CNICUS.* *Lin. gen.* 1005.

*Receptaculum* pilosum. *Cal.* ovatus imbricatus squamis spinosis. *Pappus* sessilis plumosus.

797. *CNICUS oleraceus* calyce bracteis cincto: squamis ramofo-spinosis, bracteis concavis integris subcoloratis; foliis glabris amplexicaulibus pinnatifidis.

*Cnicus oleraceus* foliis pinnatifidis carinatis nudis, bracteis concavis integris subcoloratis. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 687.*

Ad sepes prope *Puncko*, inque nemorosis humidis versus *Falckenhagen* passim. Julio. Augusto.

798. *CNICUS lanceolatus* foliis decurrentibus pinnatifidis, pinnis bilobis, spinosis, calycibus nudis, oblongis, spinosis, villosis.

*Carduus lanceolatus* foliis decurrentibus pinnatifidis hispida: laciniis divaricatis, calycibus ovatis spinosis, villosis, caule piloso. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 674.*

In ruderatis, pascuis ficcis, ad vias, sepēs & pagos vulgaris. Julio. Augusto.

799. *CNICUS palustris* foliis decurrentibus pinnatifidis margine spinosis, floribus rectis fasciculatis, calycibus inermibus.

*Carduus palustris* foliis decurrentibus dentatis, margine spinosis, floribus racemosis erectis, pedunculis inermibus. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 677.*

β. flore albo.

In pratis, pascuis & agris humentibus frequens. Julio. Augusto.

Affinis nimium *Serratulae arvensi*, quae certo hujus generis foret; nisi calyx cylindricus, optimus *Serratulae* character adesset.

800. *CNICUS acaulis* acaulis foliis pinnatifidis: pinnis incisissimis, margine spinosis; calyce conico glabro.

*Carduus acaulis* acaulis, calyce glabro. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 686.*

β. caule biunciali.

In pratis humidis ad *Schoeneberg* frequens, alibi que. Julio. Augusto.

Calyx conicus: squamis muticis. In varietate β. caulis tantum biuncialis vix triuncialis glaber.

801. *CNICUS dubius* caule villosissimo, folioso, pedunculis unifloris, foliis petiolatis pinnatifidis: pinnis trilobis margine spinosis: calyce cylindraceo glabro.

*In der Jungfernheide in via versus Tegel rarissime. Julio. Augusto.*

Caulis subteres, striatus, pilis albidis dense tectus, ramosus, pedalis. Folia petiolata pinnatifida: pinnae trilobae integrae, margine spinis albis rigidis munitae, costa uti caulis villosa. Pedunculi uniflori. Calyx cylindraceus: squamae oblongae acutae, superiores muticae, inferiores spina alba apice armatae. Corollae purpureae. Semina compressa. Pappus plumosus apice pilosus. TAB. VI. fig. II.

*Cirsium Halleri* aliorumque auctorum a *Cnico Linnei* nullo modo differt; bracteae nimirum calycem obvallantes, quae essentialem *Cnici* characterem constituunt, non omnibus a *P. illust. Linneo* indicatis speciebus, propriae sunt. *Cnicum* & *Cirsium* itaque uno sub genere complector, & pappo plumoso a *Carduis* distinguo, quum pappus in Syngenesia praestantissimus.

SERRATULA. *Lin. gen.* 1003.

*Receptaculum* setosum. *Calyx* subcylindricus muticus. *Pappus* sessilis.

802. SERRATULA *tinctoria* foliis lyrato-pinnatifidis; pinna terminali maxima, flosculis conformibus. *Lin. syst. ed. R.* 3. p. 668.

α. Serratula foliis omnibus incisis. *Hall. helv.* 163.

β. Serratula foliis inferioribus integris, superioribus incisis. *Hall. helv.* 163.

γ. *Serratula* foliis omnibus integris. *Hall. helv.*  
163.

In nemoribus, pratisque prope *Tegel*, *Spandau*  
& alibi frequens. Julio. Augusto.

*Offic.* *Serratulae* Herba.

803. *SERRATULA arvensis* foliis dentatis spinosis.  
*Lin. syst. ed. R. 3. p. 673.*

Carduus caule anguloso, ramofo, foliis semipin-  
natis, pinnis angulosis, spinosis, calycibus  
inermibus, cylindricis. *Hall. helv. n. 171.*

In pratis, pascuis, locisque cultis copiose. Julio.  
Augusto.

Pappus plumosus.

ARCTIUM. *Lin. gen. 1002.*

*Receptaculum* paleaceum. *Cal.* globosus: squa-  
mis apice inflexo-hamatis. *Pappus* simplex  
minutus.

804. *ARCTIUM Lappa* foliis cordatis inermibus  
petiolatis. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 667.*

β. *Lappa* major montana, capitulis tomentosis.  
*Bauh. pin. 198.*

In ruderatis, sepibus & coemeteriis abunde. Ju-  
lio. Augusto.

*Offic.* *Bardanae* Radix.

CARLINA. *Lin. gen. 1008.*

*Receptaculum* paleaceum. *Cal.* radiatus: squamis  
interioribus longissimis coloratis nitidis, *Pap-*  
*pus* plumosus.

805. *CARLINA vulgaris* caule multifloro corymbofo, floribus terminalibus, calycibus radio albis. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 694.*

In sylvis arenosis sterilibus vulgaris. e. g. *im Grunewald, Jungfernheide, Hasenheide*, prope *Spandau* & alibi. Julio. Augusto.

*Offic. (Heracanthae Radix.)*

*c Discoidei.*

*BIDENS. Lin. gen. 1012.*

*Receptaculum* paleaceum. *Calyx* erectus, polyphyllus, basi radiis patentibus cinctus. *Cor.* flosculo uno alterove radiante instruitur. *Pappus* aristis rectis 2 vel 3 scabris.

806. *BIDENS tripartita* foliis trifidis petiolatis: laciniis lanceolatis, dentatis; radiis calycinis corollis majoribus.

*Bidens tripartita* foliis trifidis, calycibus subfoliosis, feminibus erectis. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 703.*

In paludibus, pratis, ad fossas copiose. Julio, Augusto.

Radius corollae nullus. Folia recentia trita, odorem Anethi vel Foeniculi spargunt.

807. *BIDENS minima* foliis lanceolatis sessilibus, floribus feminibusque erectis. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 703.*

*Im Grunewald*, locis turfosis humidis frequens. Julio. Augusto.



Certo varietas sequentis, specimina possideo,  
quae sensim in *Bidentem cernuam* degenerant.

808. *BIDENS cernua* foliis lanceolatis amplexicaulibus, floribus cernuis feminibus erectis. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 704.*

α. *Bidens* foliis sessilibus, floribus nutantibus, circumvallatis. *Hall. helv. n. 120.*

β. *Coreopsis Bidens* foliis lanceolatis serratis oppositis, amplexicaulibus. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 891.*

*In der Jungfernheide, Grunewald, prope Spandau & alibi locis paludosis ad fossas frequens. Julio. Augusto.*

*Bidens & Coreopsis* unum constituunt genus, quum nonnullae *Bidentis* species in *Coreopsidem* trans-eunt. e. g. *B. cernua, pilosa &c.* Radius in Syngenesia nunquam fidendus.

**EUPATORIUM.** *Lin. gen. 1015.*

*Receptaculum* nudum. *Cal.* imbricatus oblongus.

*Stylus* semibifidus. *Pappus* sessilis.

809. **EUPATORIUM** *cannabinum* foliis digitatis. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 717.*

*Eupatorium* foliis ovato-lanceolatis, tripteris. *Hall. helv. n. 136.*

*Locis paludosis ad fossas frequens. e. g. im Thiergarten, Jungfernheide, prope Spandau &c. Julio. Augusto.*

*Pappus* sessilis pilosus, nec plumosus, ut in congeneribus.

*Offic. Eupatorii cannabini Herba.*

## SUPERFLUA.

*a. Discoidei.*

TANACETUM. *Lin. gen.* 1024.

*Receptaculum* convexum nudum. *Cal.* imbricatus hemisphaericus. *Cor.* radii obsoletae trifidae, (interdum nullae, omnesque flosculi hermaphroditi.) *Pappus* submarginatus.

810. TANACETUM *vulgare* foliis bipinnatis incis ferratis. *Lin. syst. ed. R.* 3. p. 736.

Ad agrorum versuras, ripasque fluviorum rarius. Julio. Augusto,

*Offic.* Tanaceti Flores & Herba.

GNAPHALIUM. *Lin. gen.* 1026.

*Receptaculum* nudum. *Cal.* imbricatus: squamis marginalibus rotundatis, scariosis, coloratis. *Pappus* sessilis pilosus.

\* *Chrysocoma.*

811. GNAPHALIUM *arenarium* herbaceum foliis lanceolatis: inferioribus obtusis, corymbo composito, caule simplicissimo. *Lin. syst. ed. R.* 3. p. 754.

In agris, arvis, & collibus arenosis copiosissime. Junio. Julio.

*Offic.* Stoechadis citrini Herba florens.

812. GNAPHALIUM *luteo-album* herbaceum, foliis semiamplexicaulibus ensiformibus repandis obtusis, utrinque pubescentibus, floribus conglomeratis. *Lin. syst. ed. R.* 3. p. 755.

Filago foliis mollissimis, tomentosis, obtusis, umbellis convexis, electrinis. *Hall. helv.* 147.

Ante portam Halensem, in arvis versus Grunewald, in der Jungfernheide, prope Spandau & Reineckendorf frequens. Julio, Augusto.

\*\* *Argyrocomae.*

813. GNAPHALIUM *dioicum* sarmentis procumbentibus, caule simplicissimo, corymbo simplici terminali, floribus dioicis. *Lin. syst. ed. R.* 3. p. 759.

♂. Floribus brevioribus & elegantioribus. *Hall. helv.* 157. a.

♀. Flosculis omnibus femineis ob pappum & tubas longiori. *Hall. helv.* 157. b.

In aridis apricis in der Hasenheide, Grunewald, Jungfernheide, Spandauerheide & alibi copiose. Majo. Junio.

Planta mascula, floribus rubris; feminea, albis.

*Offic. (Pedis cati Flores.)*

\*\*\* *Filaginoidea.*

814. GNAPHALIUM *sylvaticum* caule herbaceo simplicissimo, floribus sparsis. *Lin. syst. ed. R.* 3. p. 761.

Filago foliis linearibus, alis spiciferis. *Hall. helv.* n. 148.

Im Thiergarten, Jungfernheide, prope Tegel, Spandau &c. in sylvis arenosis passim. Julio, Augusto.

815. GNAPHALIUM *uliginosum* caule herbaceo ramofo diffuso, floribus confertis terminalibus.  
*Lin. syst. ed. R. 3. p. 762.*

Filago caule ramofissimo, diffuso, umbella sessili terminato. *Hall. helv. n. 151.*

α. foliis tomentosis.

β. foliis nudis.

Locis humidis uliginosis frequens. Julio. Augusto. Varietas β. foliis tomento destitutis semel vidi, rarissima est.

ARTEMISIA. *Lin. gen. 1025.*

*Receptaculum* subvillosum vel nudiusculum. *Cal.* imbricatus: squamis rotundatis conniventibus. *Cor.* radii nullae. *Pappus* nullus.

\* *Receptaculo nudo.*

816. ARTEMISIA *campestris* foliis multifidis, linearibus, caulibus procumbentibus virgatis.  
*Lin. syst. ed. R. 3. p. 740.*

β. rubens.

In campis aridis arenosis, versuris agrorum, nemoribus apricis copiosissime. Augusto. Septembri.

817. ARTEMISIA *vulgaris* foliis pinnatifidis planis incisibus subtus tomentosis, racemis simplicibus recurvatis, florum radio quinquefloro.  
*Lin. syst. ed. R. 3. p. 744.*

β. Artemisia rubra. *Tabern. p. 7.*

In ruderatis, ad pagos, sepes inque coemeteriis frequens. Julio, Augusto.

*Offic.* Artemisiae Herba.

\*\* *Receptaculo piloso.*

818. ARTEMISIA *Absinthium* foliis compositis multifidis, floribus subglobosis pendulis; receptaculo villoso. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 743.*

Ad pagos in ruderatis passim. e. g. *beim Gesundbrunnen, Spandau &c.* Julio. Augusto.

*Offic.* Absinthii vulgaris Herba.

*b. Radiati.*

SENECIO. *Lin. gen. 1033.*

*Receptaculum nudum. Cal. cylindricus, calyculatus: squamis apice sphaclatis. Pappus pilosus.*

\* *Floribus flosculosis.*

819. SENECIO *vulgaris* corollis nudis, foliis pinnatis sinuatis amplexicaulibus, floribus sparsis. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 789.*

In hortis locisque cultis vulgaris. Aestate.

*Offic.* (*Senecionis Herba.*)

\*\* *Floribus radiatis: radio revolutis.*

820. SENECIO *viscosus* corollis revolutis, foliis pinnatifidis viscidis: squamis calycinis laxis, longitudine perianthii. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 791.*

Senecio foliis viscidis, pinnatis, pinnis semipinnatis, angulosis, calycibus hirsutis. *Hall. helv. n. 60.*

In nemoribus, praecipue *im Thiergarten* & alibi frequens. Julio. Augusto.

821. *SENECIO sylvaticus* corollis revolutis, foliis pinnatifidis denticulatis, caule corymbofo erecto. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 792.*

*Senecio* foliis pinnatis, pinnis alternis majoribus, femipinnatis, angulosis, calycibus laevibus, radiis brevissimis revolutis. *Hall. helv. n. 59.*

*Im Grunewald & Spandauerheide* passim. Julio. Augusto.

\*\*\* *Floribus radiatis; radio patente. Foliis pinnatifidis.*

822. *SENECIO erucifolius* corollis radiantibus, foliis pinnatifidis dentatis subhirtis, caule erecto. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 794.*

*In nemorosis hinter Tegel* rarius, versus *Rüdersdorf* frequens. Augusto.

Forte varietas sequentis.

A *Senecione tenuifolio Jacq.* diversissimus.

823. *SENECIO Jacobaea* corollis radiantibus, foliis pinnato-lyratis: laciniis lacinulatis, caule erecto. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 796.*

β. *Jacobaea vulgaris* flore nudo. *Raj. angl. 2. p. 82.*

*In der Hasenheide* frequens. Varietas β. rarissima. Julio. Augusto.

*Offic. (Jacobaeae Herba florens.)*

\*\*\*\* *Floribus radiatis: radio patente. Foliis indivisis.*

824. *SENECIO paludosus* corollis radiantibus, foliis ensiformibus acute serratis, subtus subvillosis, caule stricto. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 797.*

Senecio foliis linearibus ferratis, floribus umbel-  
latis. *Hall. helv. n. 66.*

*In den Papenberggen* locis humidis frequens. Ju-  
nio. Julio.

ERIGERON. *Lin. gen. 1031.*

*Receptaculum nudum. Cal. oblongus cylindricus:*  
*squamis erectis. Cor. radii lineares, angustissi-*  
*mae. Pappus pilosus.*

825. ERIGERON *canadense* caule floribusque pa-  
niculatis, hirtis, foliis lanceolatis, ciliatis.  
*Lin. syst. ed. R. 3. p. 779.*

*Erigeron canadense* racemis lateralibus; foliis  
imis lanceolatis, dentatis: superioribus linea-  
ribus ciliatis. *Scop. carn. ed. 1. p. 386. n. 3.*  
*Ed. 2. p. 159. n. 1060.*

In agris, hortis, ruderatis, nemoribus, locis cul-  
tis copiosissime. Aestate.

826. ERIGERON *acre* caule alterne ramoso, pe-  
tiolis unifloris, semi-flosculis pappum aequan-  
tibus. *Hall. helv. n. 58.*

*Erigeron acre* pedunculis alternis unifloris, *Lin.*  
*syst. ed. R. 3. p. 781.*

In ruderatis & sylvis apricis frequens. e. g. *In*  
*der Jungfernheide, ad Spandau, Tegel &c.*  
Julio. Augusto.

Radius caeruleus.

*Offic. Conyzae Herba.*

SOLIDAGO. *Lin. gen.* 1035.

*Receptaculum* nudum. *Cal.* squamae imbricatae, clausae. *Cor. radii* circiter 5—10 remotae. *Pappus* pilosus.

827. SOLIDAGO *Virgaurea* caule subflexuoso angulato, racemis paniculatis erectis confertis. *Lin. syst. ed. R. 3. p.* 817.

Solidago caule angulato, hirsuto, foliis ovato-lanceolatis dentatis, racemis multifloris spicatis. *Hall. helv. n.* 69.

In nemoribus frequens. e. g. *im Thiergarten, Grunewald, Jungfernheide, versus Coepnick, Spandau &c.* Augusto.

*Chrysocoma* a *Solidagine* solo radio differt. Interdum una alterave *Chrysocomae* species radio instruitur, & tunc *Solidaginis* species est. Numne bonum bina genera in unum conjungere?

*Offic.* *Consolidae Sarracenicæ* f. *Virgæ aureæ* Herba florens.

CINERARIA. *Lin. gen.* 1036.

*Receptaculum* nudum. *Cal.* simplex, polyphylus, aequalis. *Pappus* pilosus.

828. CINERARIA *palustris* floribus corymbosis, foliis radicalibus petiolatis lanceolatis ferrato-sinuatis, caulinis amplexicaulibus integris.

*Cineraria palustris* floribus corymbosis, foliis lato-lanceolatis dentato sinuatis, caule villoso, *Lin. syst. ed. R. 3. p.* 820.



In pratis *beim Gesundbrunnen*, ad *Doebritz* & in valle *zwischen den Morellenbergen* ad *Spandau* passim. Junio. Julio seq.

INULA. *Lin. gen.* 1037.

*Receptaculum* nudum. *Anth.* basi in fetas 2 deficientes? *Pappus* pilosus.

829. INULA *britannica* foliis amplexicaulibus lanceolatis distinctis ferratis subtus villosis, caule ramofo erecto villofo. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 824.*

In pratis humidis *hinter Schoeneberg* & alibi passim. Julio. Augusto.

830. INULA *dysenterica* foliis amplexicaulibus cordato-oblongis subtomentosis, caule villofo paniculato, squamis calycinis fetaceis. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 825.*

Aster foliis amplexicaulibus, undulatis, subtus tomentosis. *Hall. helv. n. 79.*

Ante portam *Coepenickeanam*, & *Halensem im Aufstall*, versus *Spandau* alibique in nemorosis humidis passim. Julio. Augusto.

*Offic. (Arnica Svedensis.)*

831. INULA *Pulicaria* foliis amplexicaulibus undulatis, caule prostrato, floribus subglobosis: radio brevissimo. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 826.*

Aster foliis amplexicaulibus undulatis, hirsutis, radiis brevissimis. *Hall. helv. n. 80.*

Ante portam *Strahlowianam*, & prope *Spandau* frequens, ad *Tegel* rarius. Julio. Augusto.

832. *INULA salicina* foliis lanceolatis recurvis serrato-scabris, ramis angulatis, floribus inferioribus. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 828.*

In pratis humidis, ad fossas *hinter Schoeneberg*, versus *Grunewald*, in der *Jungfernheide* & alibi passim. Julio. Augusto.

833. *INULA hirta* foliis sessilibus lanceolatis recurvis subferrato-scabris, caule teretiusculo subpilofo, floribus inferioribus altioribus. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 828.*

In pratis, pascuis, ad ripas fluviorum, fossas copiose. Junio. Julio.

Interdum pro *Arnica* flores exsiccati venduntur.

BELLIS. *Lin. gen. 1042.*

*Receptaculum* nudum conicum. *Cal.* hemisphaericus: foliolis aequalibus. *Sem.* obovata. *Pappus* nullus.

834. *BELLIS perennis* scapo nudo. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 838.*

In pascuis, pratis, pomariis, viis, versuris, & ubique fere copiosissime. Omni tempore, etiam sub nive.

*Offic.* Bellidis Flores & Herba.

CHRYSANTHEMUM. *Lin. gen. 1048.*

*Receptaculum* nudum convexum. *Cal.* haemisphaericus imbricatus: squamis margine scariosis, interioribus diaphanis membranaceis. *Pappus* nullus.

\* *Leucanthema.*

835. CHRYSANTHEMUM *Leucanthemum* foliis amplexicaulibus oblongis: superne ferratis, inferne dentatis. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 845.*

Matricaria foliis radicalibus petiolatis, ovatis, crenatis, caulinis amplexicaulibus dentatis. *Hall. helv. n. 98.*

In pratis, nemoribusque frequens, e. g. *in der Hasenheide &c.* Junio. Julio.

*Offic. (Bellidis majoris Herba, Flores.)*

836. CHRYSANTHEMUM *inodorum* foliis pinnatis multifidis, caule ramoso diffuso. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 847.*

In agris circum *Spandau* frequens. Julio. Augusto.

\*\* *Chrysanthemum.*

837. CHRYSANTHEMUM *segetum* foliis amplexicaulibus, superne laciniatis; inferne dentato-ferratis. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 849.*

In agris versus *Grunewald* rarissime. Julio. Augusto.

MATRICARIA. *Lin. gen. 1049.*

*Receptaculum nudum. Cal. hemisphaericus imbricatus: squamis interioribus subaequalibus opacis. Pappus nullus.*

838. MATRICARIA *suaveolens* receptaculis conicis, radiis deflexis, seminibus nudis, squamis calycinis margine aequalibus. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 853.*

SYNGENESIA SUPERFLUA. 275

In ruderatis ad pagos, sepes frequens. Aestate.

839. *MATRICARIA Chamomilla* receptaculis conicis, radiis patentibus, feminibus nudis, squamis calycinis margine aequalibus. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 853.*

In ruderatis ad sepes passim. Aestate.

Num varietas praecedentis?

*Offic.* Chamomillae Herba, Flores.

*ANTHEMIS. Lin. gen. 1052.*

*Receptaculum* paleaceum. *Cal.* hemisphaericus, subaequalis. *Flores* radii plures, quam 5. *Pappus* nullus.

840. *ANTHEMIS arvensis* receptaculis conicis, paleis fetaceis, feminibus coronato-marginatis. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 862.*

*Chamaemelum* foliis glabris, duplicato-pinnatis, nervo foliaceo, pinnulis lanceolatis, femine laevi. *Hall. helv. n. 103.*

In agris, arvis frequens. Aestate.

841. *ANTHEMIS Cotula* receptaculis conicis: paleis fetaceis, feminibus nudis. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 863.*

*Chamaemelum* foliis glabris, duplicato pinnatis, nervo foliaceo, pinnulis lanceolatis, femine exasperato. *Hall. helv. n. 104.*

In ruderatis prope *Spandau* abunde. Junio. Julio.

*Offic.* (*Chamomillae foetidae* s. *Cotulae* Flores & Herba.)

ACHILLEA. *Lin. gen.* 1053.

*Receptaculum* paleaceum. *Cal.* ovatus imbricatus.

*Flores* radii 5 - 10. *Pappus* nullus.

842. ACHILLEA *Ptarmica* foliis lanceolatis acuminatis argute-ferratis. *Lin. syst. ed. R.* 3. p. 869.

*Achillea* foliis linearibus lanceolatis acutissime ferratis. *Hall. helv.* n. 117.

*Im Thiergarten, Jungfernheide, prope Tegel & alibi passim. Junio. Julio.*

*Offic. (Ptarmicae Flores, Herba, Radix.)*

843. ACHILLEA *Millefolium* foliis bipinnatis nudis; laciniis linearibus dentatis, caulibus superne sulcatis. *Lin. syst. ed. R.* 3. p. 871.

*β. Millefolium purpureum majus. Bauh. pin.* 140.

*In pascuis, pratis, versuris, viis, nemoribus, ubique fere copiosissime. Aestate.*

*Offic. Millefolii Herba & Flores.*

### FRUSTRANEA.

CENTAUREA. *Lin. gen.* 1066.

*Receptaculum* fetosum. *Cor.* radii longiores, irregulares, infundibuliformes. *Pappus* pilosus.

\* *Cyani calycibus squamis serrato-ciliatis.*

844. CENTAUREA *Cyanus* calycibus ferratis: foliis linearibus integerrimis infimis dentatis.

*Lin. syst. ed. R.* 3. p. 901.

*β. flore albo & rubro.*

*Inter segetes copiosissime. Junio. Julio.*

*Offic. Flores Cyani.*

845. *CENTAUREA paniculata* calycibus ciliatis :  
squamis planis, foliis bipinnatifidis, rameis  
pinnatifidis linearibus, caule paniculato. *Lin.*  
*Syst. ed. R. 3. p. 901.*

In versuris, collibus, muris, agris, nemoribus  
apricis frequens. Junio. Julio seq.

846. *CENTAUREA Scabiosa* calycibus ciliatis, fo-  
liis pinnatifidis : pinnis lanceolatis. *Lin. Syst.*  
*ed. R. 3. p. 904.*

Cyanus foliis pinnatis, pinnis dentatis obtusis,  
squamis calycinis triangularibus. *Hall. helv.*  
n. 186.

In versuris agrorum inque arvis passim. e. g.  
versus *Schoeneberg, Charlottenburg &c.* Ju-  
nio, Julio.

\*\* *Rhaponticum: calycinis squamis aridis*  
*scariosis.*

847. *CENTAUREA Facea* calycibus scariosis, la-  
ceris, foliis lanceolatis : radicalibus finuato-  
dentatis : ramis angulatis. *Lin. Syst. ed. R. 3.*  
p. 906.

In nemorosis, pratis, pascuis, arvis copiose.  
Julio, Augusto.

*Pappus* setis brevissimis, paucis, mox deciduis  
constat. *Leers herb. p. 185. n. 674.*

## NECESSARIA.

TUSSILAGO. *Lin. gen.* 1032.

*Receptaculum* nudum. *Cal.* squamæ aequales, discum æquantes, submembranaceæ. *Pappus* pilosus.

848. TUSSILAGO *Farfara* scapo imbricato unifloro, foliis subcordatis angulatis, denticulatis. *Lin. syst. ed. R. 3.* p. 786.

Prope *Spandau*, *Smargendorf* & *Wilmersdorf* passim. Martio. Aprili.

*Offic.* *Farfaræ*, f. *Tussilaginis Flores* & *Herba*.

849. TUSSILAGO *hybrida* thyrso oblongo, flosculis femineis nudis plurimis. *Lin. syst. ed. R. 3.* p. 787.

*Petasitis* floribus spicatis, pendulis, petiolis multifloris, calycibus æqualibus, flosculis paucissimis androgynis. *Hall. helv. n.* 140.

*Im Thiergarten* rarius. Aprili. Majo.

850. TUSSILAGO *Petasitis* thyrso ovato, flosculis, femineis nudis paucis. *Lin. syst. ed. R. 3.* p. 787.

*Petasitis* floribus dense spicatis, flosculis androgynis. *Hall. helv. n.* 138.

Prope *Schoenhausen*, *Spandau*, & alibi in humidiusculis passim. Aprili. Majo.

*Offic.* (*Petasitidis Radix* & *Flores*.)

Quod ad observationem *Celber. Ehrhartii* spectat, (vid. *hanov. Magaz.* 1784. 8 Stück p. 123. ingenue fateor, me nondum veritate convictum

esse, quod *Tussilago hybrida* & *Petasitis* unam speciem constituent. Forma externa, & loca diffusa eorum, ubi sponte enascuntur, hanc opinionem sat refutant, puto. Est, ut cum semine maturo experimenta instituantur.

CALENDULA, *Lin. gen.* 1073,

*Receptaculum* nudum. *Cal.* polyphyllus aequalis. *Semina* disci membranacea. *Pappus* nullus.

851. *CALENDULA arvensis* feminibus cymbiformibus muricatis incurvatis: extimis erectis protensis. *Lin. syst. ed. R.* 3. p. 924.

*Calendula* foliis lanceolatis, amplexicaulibus, dentatis, floribus concoloribus. *Hall. helv.* n. 94.

In agris rarissime. Aestate.

852. *CALENDULA officinalis* feminibus cymbiformibus muricatis, incurvatis omnibus. *Lin. syst. ed. R.* 3. p. 924.

In hortis frequens aestate.

*Offic.* *Calendulae Flores.* (*Herba, Semina.*)

FILAGO.

*Receptaculum* nudum. *Cal.* imbricatus. *Flores* feminei inter squamas calycis locati. *Pappus* pilosus.

853. *FILAGO germanica* panicula dichotoma, floribus rotundatis axillaribus hirsutis, foliis acutis. *Lin. syst. ed. R.* 3. p. 939.



Filago caule dichotomo, corymbo sphaerico, in angulis sessili. *Hall. helv. n. 153.*

*In der Hasenheide, Jungfernheide, beim Wedding & alibi frequens. Julio. Augusto.*

854. *FILAGO montana* caule subdichotomo erecto, floribus conicis terminalibus axillaribusque. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 940.*

Filago caule dichotomo, floribus glomeratis spicatis. *Hall. helv. n. 115.*

*Prope den Gesundbrunnen, im Thiergarten, ad Tegel, Jungfernheide, Spandau & alibi passim. Julio. Augusto.*

855. *FILAGO arvensis* caule paniculato, foliis conicis lateralibus. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 940.*

Filago caule erecto ramosissimo, foliis motissimis, tomentosis, florum acervis sessilibus in spicas continuatis. *Hall. helv. n. 154.*

*In agris, arvis frequens. e. g. ad Reineckendorf &c. Julio. Augusto.*

Semen floris hermaphroditi absque pappo. *Leers herborn. n. 679.*

### MONOGAMIA.

*JASIONE. Lin. gen. 1090.*

*Cal. comun. polyphyllus; proprius quinquefidus, persistens. Cor. 5. petala regularis. Capsula infera bilocularis polysperma.*

856. *JASIONE montana*, *Lin. syst. ed. R. 3.*  
p. 953.

Rapunculus foliis linearibus subasperis, spica planiuscula, petalis liberis, *Hall. helv. n. 678.*

β. flore albo.

In collibus arenosis, inque versuris agrorum copiose β. rarius. Aestate.

*VIOLA. Lin. gen. 1092.*

*Cal. 5* phyllus. *Cor. 5* petala irregularis, postice cornuta. *Capsula* supra trivalvis, unilocularis.

\* *Acaules.*

857. *VIOLA hirta* acaulis, foliis cordatis pilosohispidis. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 963.*

In den Papenbergen & Jungfernheide rarius. Aprili. Majo.

858. *VIOLA palustris* acaulis, foliis reniformibus. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 963.*

*Viola* foliis subrotundo-cordatis: pedunculis radicatis. *Fl. lapp. 278.*

Im Thiergarten, Grunewald, Jungfernheide & Papenbergen frequens. Aprili. Majo.

859. *VIOLA odorata* acaulis, foliis cordatis stolonibus reptantibus. *Lin. syst. ed. R. 3. p. 964.*

β. *Viola martia* alba. *Bauh. pin. 199.*

γ. flore rubente.

In hortis, pomariis copiose. Martio. Aprili.

*Offic. Violae Flores. (Semina Herba.)*

\*\* *Caulescentes.*

860. *VIOLA canina* caule adultiore adscendente, foliis oblongo-cordatis. *Lin. Syst. ed. R. 3. p. 964.*

*Viola* caule procumbente ramoso, foliis petiolatis cordatis. *Hall. helv. n. 563.*

In nemoribus copiose. Aprili. Majo.

\*\*\* *Stipulis pinnatifidis; Stigmate urceolato.*

861. *VIOLA tricolor* caule angulato diffuso, foliis oblongis retusis, stipulis pinnatifidis, corolla calyce multo majori.

*Viola* caule anguloso, diffuso, foliis ovatis dentatis, flore calyce duplo longiore. *Hall. helv. n. 568.*

*Viola tricolor* caule triquetro diffuso, foliis oblongis incis, stipulis pinnatifidis. *Lin. Syst. ed. R. 3. p. 967. B.*

In cultis, agris, hortis frequens. Aestate.

*Offic. (Floris trinitatis Herba.)*

862. *VIOLA arvensis* caule inferne angulato, diffuso, foliis oblongis retusis, stipulis pinnatifidis, corolla calycis fere longitudine.

*Viola arvensis.* *Murr. prod. 73. Reich fl. monof. n. 640.*

*Viola* caule diffuso, ramoso, foliis ovatis, dentatis, flore calyce paulo majori. *Hall. helv. n. 569.*

*Viola tricolor.* *Lin. Syst. ed. R. 3. p. 767. var. a. bicolor.*

In agris, arvis, nemoribus copiose. Aestate.

BRYONIA. *Lin. gen.* 1194.

*Cal.* 5. dentatus. *Cor.* 5. partita. *Filamenta* 3.  
*Anth.* 5. *Styl.* 3 fidus. *Bacca* subglobofo poly-  
lyperma.

863. BRYONIA *alba* foliis palmatis utrinque cal-  
lofo-scabris, floribus monoicis. *Syst. ed. M.*  
14. p. 869, n. 1.

In dumetis ad *Spandau* frequens. Junio. Julio.  
Baccae nigrae.

*Offic.* Bryoniae Radix.

864. BRYONIA *dioica* foliis palmatis utrinque cal-  
lofo-scabris, floribus dioicis. *Syst. ed. M.* 14.  
p. 870.

In dumetis & sepibus frequens. e. g. ad *Pancko*,  
& alibi. Junio. Julio.

Baccae rubrae.

---

## CLASSIS XX.

## CRYPTOGAMIA

## FILICES.

## a. Spiciferae.

EQUISETUM. *Lin. gen.* 1284.

♂. *Receptaculum* peltatum stipitatum. *Indusia* subcylindrica, corniculata. *Filamenta* bina; apicibus binis antheriferis. *Semen* unicum nudum.

865. EQUISETUM *sylvaticum* frondibus compositis; spica terminali flaccida.

*Equisetum sylvaticum* caule spicato, frondibus compositis. *Lin. syst. ed. R.* 4. p. 372.

In pratis nemorosis ad *Reineckendorf*, *Tegel* & in *den Papenberg* frequens. Aprili usque, Junio.

Vere appropinquante scapi nudi spiciferi terra esurgunt, postea squamulae dejiciuntur, & scapus in frondem ramosissimam mutatur; tunc spica marcescit, fit nutans, & paulo-post ex toto evanescit.

Confer. *Hedwig Theor. pl. crypt.* p. 33. t. 1 & 2.

866. EQUISETUM *arvense* scapo fructificante nudo: fronde sterili verticillato-ramosa decumbente.

*Equisetum arvense* scapo fructificante nudo; sterili frondoso. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 372.*

♂. fronde sterili erecto.

In agris, arvis, pascuis ficcis e. g. ad *Schoeneberg, Ricksdorf, Reineckendorf, im Thiergarten* & alibi copiose. Martio. Aprili.

Verticilli frondis 12 ad 15.

Non confundendum cum *Equiseto Telmateja Ehrhartii.*

*Offic. (Equiseti minoris Herba.)*

867. *EQUISETUM palustre* caule angulato, frondibus simplicibus. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 373.*

*Equisetum* caule fulcato; ramis multifloris, foliis indivisis. *Hall. helv. n. 1677. var. a.*

In fossis, pratis paludosis, *hinter Schoeneberg, beim Unterbaum, im Thiergarten, Jungfernheide* & alibi frequens. Majo. Junio.

868. *EQUISETUM Heleocharis* caulibus aequalibus, subramosis, teretibus, striatis, fistulosis, viridibus; ramis subsimplicibus, quinquefulcatis, sterilibus; dentibus vaginalum plurimis, subulatis, acutissimis: vaginalium quibus dorso minime fulcatis. *Ehrhart hanoev. Magazin 1783. 18 Stück p. 286. n. 30.*

♂. *Equisetum fluviatile* caule striato, frondibus subsimplicibus. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 373.*

♂. *Equisetum limosum* caule subnudo laevi. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 373.*

In fossis, pratis paludosis, locisque inundatis frequens. Majo. Junio.

869. *EQUISETUM hyemale* caule nudo scabro, basi subramoso. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 374.*

*Equisetum* caule subnudo, asperrimo, vaginis caulinis indivisis, ramis stoliatis. *Hall. helv. n. 1679.*

*In den Papenberggen* rarius. Majo. Junio.

*Offic. (Equiseti majoris vel mechanici Herba.)*

*LYCOPodium*. *Lin. gen. 1302.*

*Cal.* squama oblonga. *Capsulae* reniformes dehiscentes polyspermae sessiles.

870. *LYCOPodium clavatum* foliis sparsis filamentosis, spicis teretibus pedunculatis geminis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 441.*

*Lycopodium* ramis prolixis, spicis petiolatis gemellis, foliis linearibus pilo cristatis. *Hall. helv. n. 1722.*

*Im Grunewald, Spandauerheide, Jungfernheide* & alibi copiose. Julio. Augusto.

*Offic. Lycopodii Semen.*

871. *LYCOPodium inundatum* foliis sparsis integerrimis, spicis terminalibus foliosis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 442.*

*Lycopodium* spicis sessilibus, foliis linearibus confertissimis, incurvis. *Hall. helv. 1721.*

*Locis paludosis im Grunewald & Jungfernheide* frequens. Augusto. Septembri.

872. *LYCOPodium annotinum* foliis sparsis quinquefariis subserratis, surculis annotinis arti-

culatis, spicis terminalibus glabris erectis.  
*Lin. syst. ed. R. 4. p. 443.*

*Lycopodium* ramis prolixis, spicis sessilibus, foliis linearibus subserratis. *Hall. helv. n. 1720.*  
*In der Jungfernheide & hinter Tegel* frequens.  
Augusto. Septembri.

873. *LYCOPodium complanatum* foliis bifariis connatis: superficialibus solitariis, spicis geminis pedunculatis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 445.*

*Lycopodium* spicis petiolatis quaternis, caulibus complanatis, foliis adpressis. *Hall. helv. n. 1723.*

*In der Jungfernheide, hinter Tegel* copiose. Julio. Augusto.

Spicae semper quaternae.

*Lycopodium* Selaginem hic crescere audivi, sed locus natalis me fugit, & ipse istud non inveni.

OPHIOGLOSSUM. *Lin. gen. 1288.*

*Indusium* totam tegens spicam. *Capsulae* imbricatae plurae polyspermae.

874. *OPHIOGLOSSUM vulgatum* fronde ovata. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 377. Hedwig Theor. 41. t. 4.*

*Ophioglossum* folio unico, ovato-lanceolato obtuso. *Hall. helv. n. 1685.*

*In der Jungfernheide, Thiergarten, Papenberg* locis umbrosis humidis frequens. Majo. Junio.

*Offic. (Ophioglossi Herba.)*



OSMUNDA. *Lin. gen.* 1289.

*Indusium* capfulas arcte in forma globi tegens.

\* *Spicae latere frondis insidentes.*

875. OSMUNDA *Lunaria* scapo caulino solitario, fronde pinnata solitaria. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 379.*

α. Osmunda spicis lateralibus, fronde solitaria, pinnata: pinnis lunulatis.

β. Osmunda spicis lateralibus, frondibus geminatis bipinnatis: pinnis incis.

*Lunaria racemosa* ramosa major. *Bauh. pin. 355.*

Inter *Charlottenburg & Spandau* in collibus ovariam versus, *auf den Rollbergen*, inter *Doebritz & Dalgow* in der Heide frequens.

Varietas β. in umbrosis ad *Pancko*, in horto botanico & inter *Doebritz & Dalgow* in der Heide, rarissime. Majo. Junio.

Varietas β. certo specie differt, cum semper locis paludosis umbrosis nascitur, & nunquam in collibus apricis, ut α.

*Offic. (Lunariae Herba.)*

\*\* *Spicae apice frondis insidentes.*

876. OSMUNDA *regalis* frondibus bipinnatis: apice racemiferis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 381.*

Locis paludosis *hinter Charlottenburg* frequens, *im Grunewald* passim, prope *Tegel* olim copiose nun rarius. Junio. Julio:

*b. Epiphyllaspermae.*

ACROSTICHUM, *Lin. gen.* 1290.

*Capsulae* totam inferiorem frondis partem tegentes, *indusio* tectae.

877. ACROSTICHUM *Spicant* fronde fructificante pinnata, sterili, pinnatifida: laciniis lanceolatis obtusis integerrimis.

*Struthiopteris Spicant* frondibus sterilibus pinnatifidis: pinnulis densis oblongis fulcatis; fructificantibus majoribus laxius pinnatis; pinnulis angustioribus. *Weiss. crypt.* 287.

*Osmunda Spicant* frondibus lanceolatis pinnatifidis: laciniis confluentibus integerrimis parallelis. *Lin. syst. ed. R. 4. p.* 383.

β. fronde apice fissa.

*In der Jungfernheide & prope Tegel passim.*

*Offic. (Spicanti Herba.)*

PTERIS, *Lin. gen.* 1291.

♂—♀. *Capsulae* lineam marginalem formantes, *indusio* tectae.

878. PTERIS *aquilina* frondibus supradecompositis: foliolis pinnatis: pinnis lanceolatis, infimis pinnatifidis: superioribus minoribus. *Lin. syst. ed. R. 4. p.* 396.

*Cincinulis aquilina Lüders nomencl. fl. march.* p. 76.

β. Monstrofa, lineis atris planis in medio folii.

*In sylvis copiosissime. Julio. Augusto.*

ASPLENIUM. *Lin. gen.* 1295.

♂—♀. *Capsulae* in lineolis disci frondis sparsae;  
lineis *indusio* tectis.

879. *ASPLENIUM trichomanoides* frondibus pinnatis: pinnis subrotundis crenatis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 404.*

In fossis exsiccatis muscosis *in der Jungfernheide* rarius. Martio. Aprili.

*Offic.* (*Adianthi rubri. f. Trichomanis Herba.*)

880. *ASPLENIUM Rutamuraria* frondibus alternatim decompositis: foliolis cuneiformibus crenulatis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 406.*

Asplenium fronde laxa ramosa, ramis secundis trifoliis, superioribus semitrilobis rhomboideis, circumferratis. *Hall. helv. n. 1691.*

In *moenis Spandavianis* & in muris ad *alten Landsberg.* Martio. Aprili.

*Offic.* *Adianthi albi. f. Ruta murariae Herba.*

POLYPODIUM. *Lin. gen.* 1298.

♂—♀. *Capsulae* in glomerulos dispositae, *indusio* tectae & per inferiorem frondis partem sparsae.

\* *Fronde pinnatifida.*

881. *POLYPODIUM vulgare* frondibus pinnatifidis: pinnis oblongis subferratis obtusis, radice squamata. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 412.*

*Polypodium* foliis pinnatis, radice squamata. *Hall. helv. n. 1696.*

*In den Papenbergen, ad Tegel, in der Jungfernheide, & alibi passim in arborum truncis putridis, inque viis cavis. Vere & autumnno.*

*Offic. Polypodii Radix,*

\*\* *Fronde subbipinnata, cujus pinnae confluunt basi, ut semipinnata potius, quam perfecte duplicato-pinnata sit.*

882. *POLYPODIUM Phegopteris frondibus subbipinnatis: pinnis oppositis, superioribus pinnula trapeziformi conjunctis, infimo pari deflexo: pinnulis obtusis; glomerulis capsularum dimidiam marginis partem occupantibus.*

*Polypodium Phegopteris frondibus subbipinnatis: foliolis infimis reflexis: paribus, pinnula quadrangulata coadunatis. Lin. Syst. ed. R. 4. P. 418.*

*In sylvis umbrosis ad Tegel passim. Julio. Augusto.*

*Stipes glaber, hinc sulco exaratus, inde convexus. Frondes pilis albis sparsis obsitae. Rachis pilis fuscis recta. Pinnulae integerrimae obtusae, extimae confluentes, & terminans lanceolata: infimae vero praecipue in superiore frondis parte quadrangulares cum oppositis conjunctae. Glomeruli capsularum nunquam usque ad apicem positi, semper dimidiam marginis partem occupant.*

883. *POLYPODIUM montanum frondibus subbipinnatis: pinnis alternis, pinnulis integerrimis*

mis lanceolatis obtusifusculis, glomerulis marginalibus.

*Polypodium montanum* frondibus subbipinnatis, foliolis inferioribus parvis triangularibus remotis, superioribus lanceolatis approximatis, pinnis oblongis obtusis obliquis integerrimis, punctis floriferis marginalibus. *J. A. Vogler* *Diss. de Polypod. mont. Giffae* 1781.

*Polypodium Oreopteris* *Ehrhardt. pl. crypt. decas* 3. n. 22.

In nemorosis humidis ad *Tegel* passim, Julio. Augusto.

Stipes glaber bifurcatus. Frondes pedales. Pinnulae integerrimae. Glomeruli totam pinnulae marginem occupant.

Differt a *Polypodio Phegopteride*:

- 1) pinnis alternis.
- 2) pinnulis acutioribus.
- 3) glomerulis totam marginem occupantibus.
- 4) quod omnes pinnulae lanceolatae, nec infimae trapeziformes sint.
- 5) pinnis omnibus erectis.

a *Polypodio Thelypteride* fructificationibus marginalibus.

Plura vide in Dissertione *J. A. Vogleri*.

884. *POLYPODIUM Thelypteris* frondibus subbipinnatis: pinnulis integerrimis: glomerulis capsularum undique tectis.

*Polypodium Thelypteris* fronde bipinnata, pinnis pinnatifidis integerrimis, subtus undique poline tectis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 421.*

Ante portam Halensem im Aufstall, prope Spandau in plantariis versus den Papenbergen & alibi in umbrosis passim. Julio. Augusto.

Minor praecedenti, & semper pinnulae glomerulis tectae sunt.

A genere *Acrostichii* differt glomerulis capsularum.

885. *POLYPODIUM cristatum* frondibus subbipinnatis: pinnulis oblongis, obtusis ferratis: ferraturis ciliatis; glomerulis capsularum duplici serie dispositis.

*Polypodium cristatum* frondibus subbipinnatis: foliolis ovato-oblongis: pinnis obtusiusculis apice acute ferratis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 420.*

*Polypodium Filix femina cristata*  $\delta$ . frondibus subtripinnatis: pinnis summis pinnatifidis, imis pinnatis; pinnulis repetito pinnatifidis, omnibus undique ferratis, ferraturis spinosis. *Weiss. crypt. 317. & variet  $\gamma$ . spinosa.*

In der Jungfernheide, Spandauerheide, in plantariis etiamque prope Tegel & alibi frequens. Julio. Augusto.

Superior frondis pars tantum capsulas gerit, inferior sterilis. Pinnulae inferiores pinnatifidae. Apex semper dentibus binis terminatur. Indusium peltatum.

886. POLYPODIUM *Filix mas* frondibus bipinnatis; pinnis oblongis obtusis crenatis, glomerulis duplici serie dispositis, stipite superne paleaceo.

*Polypodium Filix mas* frondibus bipinnatis: pinnis obtusis crenulatis stipite paleaceo. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 421. Gunner, norweg. I. p. 4. n. 4. t. I. f. 4.*

*Im Thiergarten, Jungfernheide & alibi copiose, Julio.*

*Offic. Filicis Radix. (Herba.)*

887. POLYPODIUM *Filix femina* frondibus bipinnatis: pinnatis lanceolatis pinnatifidis, acutis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 421.*

*Polypodium Filix femina dentata*  $\beta$ . frondibus bipinnatis; pinnis pinnatis confertis, pinnulis pinnatifidis, primis majoribus, lacinulis acute bifidis. *Weiss crypt. p. 315.*

*In der Jungfernheide, Thiergarten, Grunewald &c. frequens. Julio. Augusto.*

888. POLYPODIUM *rhaeticum* frondibus bipinnatis: foliolis pinnisque remotis lanceolatis: serraturis acuminatis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 422.*

*Im Thiergarten frequens. Julio. Augusto.*

*Celeber. Weiss cum Polypodio regio hanc speciem confundit, licet longe diversa sit.*

\*\*\* *Fronde supradecomposita.*

889. POLYPODIUM *Dryopteris* frondibus triplicato-bipinnatis: pinnulis oblongis obtusis integerrimis: glomerulis marginalibus

*Polypodium Dryopteris* frondibus supradecompositis: foliolis ternis bipinnatis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 427.*

Prope *Tegel* haud infrequens. Augusto.

Pinnulae obtusae superiores integrae, inferiores pinnatifidae. Glomeruli marginales.

c. *Rhizospermae.*

MARSILEA. *Lin. gen. 1299.*

*Capsula* radicalis unilocularis polysperma.

890. MARSILEA *natans* foliis oppositis simplicibus. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 437.*

*Marsilea salvinoides* foliis oppositis, utrinque pilosis, longe radicatis, globiferis. *Neck. act. pal. v. 3. phys. 297. t. 21.*

*Salvinia vulgaris* aquis innatans, foliis subrotundis punctatis lacte virentibus. *Michel gen. 107. t. 58.*

Prope *Spandau* ubi bina flumina junguntur, *Spree* nimirum & *Havela*, in loco collibus cincto, inter lignum natans. Floret Junio, Augusto femina profert.

MUSCI.

A. FRONDOSI.

a. *Peristomate nullo.*

PHASCUM. *Lin. gen. 1305.*

♂ — ♀. *Theca* cum rudimento operculi, nunquam adscendente, sed inaperta de setula decidente.



891. *PHASCUM subulatum* caulescens, foliis lanceolato-linearibus patulis. *Schreb. de Phasco* p. 8, n. 1.

*Phascum subulatum* acaule anthera sessili, foliis subulato-fetaceis patulis. *Lin. syst. ed. R. 4.* p. 451.

*Bryum ericetorum* capitulis subsessilibus ovoideis, calyptra conica, primordialibus plumosis. *Necker meth. musc.* p. 231. n. 43.

Ad latera fossarum exsiccatarum *in der Hasenheide & Jungfernheide* frequens. Martio. Aprili.

892. *PHASCUM piliferum* caulescens, foliis oblongis piliferis erectis. *Schreb. de Phasco* p. 8. n. 2. *tab. 1. fig. 6. 7.*

Iisdem locis *in der Jungfernheide* rarius. Vernali tempore.

893. *PHASCUM cuspidatum* caulescens, foliis mucosis concavis conniventibus. *Schreb. de Phasco.* p. 8. n. 3. *tab. 1. fig. 1. 2.*

*Phascum acaulon*  $\alpha$ . acaule anthera sessili, foliis ovatis, acutis, conniventibus. *Lin. syst. ed. R. 4.* p. 450.

*Bryum bulbiferum* capitulis subglobosis nitidis, calyptra basi dilatata, primordialibus bulbosis. *Necker method. musc.* p. 230. n. 42.

In hortis, locis cultis, coemeteriis, & agris frequens. Autumno praecipue vero, vernali tempore.

894. *Phascum muticum* acaule, foliis ovatis muticis concavis conniventibus. *Schreb. de Phasco* p. 8. n. 4. t. I. f. 11. 12.

*Phascum acaulon*.  $\beta$ . *Lin. syst. ed. R. 4.* p. 450.

*Sphagnum acaulon bulbiferum minus*. *Dill. musc. 252. tab. 32. fig. 12.*

In fimento putrido ad margines vaporariorum in hortis, inque fossis exsiccatis & alibi. Veré,

*b. Peristomate nudo.*

*SPHAGNUM. Lin. gen. 1304.*

♂ — ♀. *Musculus flos* clavaeformis. *Anth. planae ellipticae* filo succulento cinctae. *Peristoma nudum.*

895. *SPHAGNUM palustre* furculo ramoso: ramusculis dependentibus; thecis terminalibus.

*Sphagnum palustre* ramis deflexis. *Lin. syst. ed. R. 4.* p. 448.

*Hypnum cubile* ramis lateralibus deflexis, primordialibus subrotundis terminalibus congestis. *Necker method. musc. 188. n. 45.*

*Sphagnum palustre molle* deflexum, squamis cymbiformibus. *Dill. musc. 240. tab. 32. f. 1.*

$\beta$ . *Sphagnum palustre molle* deflexum, squamis capillaceis. *Dill. musc. 243. t. 32. f. 2.*

*Im Grunewald, Jungfernheide, hinter Tempelhof, prope Tegel, Spandau &c.* copiosissime magnas obducens paludes. Junio.

In varietate  $\alpha$ . folia sunt concava oblonga obtusa, in  $\beta$ . plana subulata acuta.

Numne distinctae species? quum  $\alpha$ . in aquis & fossis fluentibus,  $\beta$ . vero in paludibus stagnantibus occurrit.

GYMNOSTOMUM. *Hedwig 2. p. 87. n. 4.*

♂. ♀. *Masculus flos disciformis. Peristoma nudum.*

896. GYMNSTOMUM *pyriforme* foliis explanatis oblongis acutis; thecis pyriformibus.

*Bryum pyriforme* antheris erectis obovatis, surculis acaulibus, foliis ovatis muticis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 474.*

*Bryum serpillifolium*, capsulis pyriformibus. *Dill. musc. 345. t. 44. f. 6.*

*In der Jungfernheide, prope Spandau, Buchholtz, Charlottenburg &c. in fossis exsiccatis & hortis frequens. Februario, Martio seq.*

897. GYMNSTOMUM *Heimii* trunco erecto, foliisque spatulato-acuminatis, ad apicem denticulatis; thecis oblongis erectis. *Hedwig stirp. crypt. I. fascil. 3. pag. 80. tab. 30.*

*In fossis ad Spandau rarius. Vere.*

898. GYMNSTOMUM *truncatulum* foliis explanatis apiculatis; thecis truncatis. *Hedwig stirp. crypt. I. fascil. 1. t. 5. p. 13.*

$\alpha$ . *Bryum truncatulum* antheris erectis subrotundis: operculo mucronato. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 481.*

*Bryum exiguum*, creberrimis capsulis rufis. *Dill. musc. 347. tab. 45. fig. 1. Hedwig. l. c. fig. 1.*

β. capsulis axillaribus. *Hedwig. l. c. fig. 7. 14. &c.*

Ad fossas, in pratis, hortis vulgaris. Vere & autumno.

In varietate α. capsulae terminales, operculum: acumine brevi incurvo; folia mucronata. In β. capsulae axillares folia angustiora mucrone breviori, & acumine operculi longiori magis erecto.

899. *GYMNOSTOMUM ovatum* foliis ovatis, concavis piliferis; thecis ovatis. *Hedwig stirp. crypt. I. fascicul. 1. pag. 16. t. 6.*

In agris limosis, & tumulis coemeteriorum passim. Vere.

c. *Peristomate figurato, ordine simplici.*

TETRAPHIS. *Hedwig musc. 2.*

p. 87. n. 5.

♂..♀. *Mascul. flos capituliformis pulverulentus. Peristoma dentibus quatuor pyramidalibus.*

900. *TETRAPHIS pellucida* surculo simplici, foliis ovatis; thecis cylindricis.

*Georgia Mnemosynum. Ehrhart hanoev. Magaz. 1780. 59. Stück. pag. 931.*

*Mnium pellucidum* caule simplici, foliis ovatis, *Lin. syst. ed. R. 4. p. 457.*

*Im Grunewald, Thiergarten, Jungfernheide & alibi passim. Februario. Martio.*

LEERSIA. *Hedwig musc.* 2. p. 38. n. 7.

♂ — ♀. *Mascul. Fl.* gemmaeformis in foliorum alis. *Peristoma* dentibus 16. angustis erectilibus integris.

901. LEERSIA *pulvinata* furculo ramoso foliis oblongis piliferis: thecis subrotundis nutantibus: calyptris minutis.

*Bryum pulvinatum* antheris subrotundis pedunculis reflexis, foliis piliferis. *Lin. syst. ed. R.* 4. p. 480.

*Bryum pulvinatum* furculo caespitoso aggregato, foliis piliferis, fetaceis, capitulis ovatis intra folia sepultis. *Necker method. musc.* p. 200. n. 9.

In tectis, tigulis, inque lapidibus magnis, muris, sepibusque copiose. Autumno & vere.

902. LEERSIA *cirrhata* furculo ramoso, foliis lanceolatis acutis; thecis oblongis, operculo acuminato, calyptris dimidiatis.

*Mnium cirrhatum* foliis arefactione revolutis. *Lin. syst. ed. R.* 4. p. 46.

*Bryum cirratum* furculo ramoso, foliis linearibus, ficcitate contortis, capitulis erectis cuspidatis. *Necker method. musc.* p. 213. n. 25.

In collibus aridis arenosis inter *Pancko & Gesundbrunnen*, prope *Schoeneberg* & alibi passim. Autumno. Rarius capsulas profert.

903. LEERSIA *vulgaris* furculo simplici, foliis lanceolatis; thecis cylindricis: calyptris campaniformibus marginibus integris. thecis lanceolatis

*Leersia vulgaris* calyptra laxa conica aequali, vaginulae membrana pileiformi. *Hedwig stirp. crypt. I. fascil. 2. pag. 46. t. 18.*

*Bryum exstinctorium* anthera erecta oblonga minori, calyptris laxis aequalibus. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 474. α.*

*Bryum calyptra exstinctorii* forma minus. *Dill. musc. 349. tab. 45. fig. 8.*

In moeniis Spandavianis, inque truncis arborum putridis in der Jungfernheide, versus Papenberg rarius. Autumno.

GRIMMIA. *Hedwig musc. 2. p. 89. n. 8.*

♂. ♀. *Mascul. Fl.* in foliorum alis gemmaeformis, in summitate disciformis. *Peristoma* dentibus 16, latiusculis, reflexis, integris.

904. GRIMMIA *Polyodon* furculo ramoso, foliis lanceolatis carinatis; thecis ovatis terminalibus, sessilibus: operculo acuminato: calyptris glabris minimis.

*Grimmia Polyodon.* *Ehrhart. handev. Magazin 1781. 69. Stück. p. 1092.*

*Bryum apocarpum* antheris sessilibus terminalibus, calyptris minimis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 471. variet. α.*

*Bryum apocarpum* furculo ramoso, foliis carinatis acutis, capitulis sessilibus, ovatis, terminalibus. *Neck. method. musc. 199. n. 8. α.*

*Sphagnum subhirsutum* obscure virens, capsulis rubellis. *Dill. musc. 245. tab. 22. fig. 1*

In faxis & ad falices prope *Spandau* passim.  
Vere.

905. GRIMMIA *striata* furculo ramoso, foliis lanceolatis, acutis; thecis oblongis sessilibus, axillaribus, terminalibusve: operculo acuminato: calyptris pilosis.

*Bryum striatum* antheris subsessilibus, sparsis, calyptris striatis sursum pilosis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 473. α.*

*Polytrichum striatum* capitulo laterali ovato subsessili, foliis integerrimis exappendiculatis, primordialibus gemmosis. *Neck method. musc. p. 121. n. 4. α.*

*Polytrichum bryoides α. striatum. Weiss crypt. 175.*  
*Weissia polytrichoides. Wiggers primit. p. 76. n. 821.*

*Polytrichum brii* ruralis facie, capsulis sessilibus majus. *Dill musc. 430. tab. 55. f. 8.*

In arboribus vulgaris. Vere & autumnno.

906. GRIMMIA *sylvatica* furculo ramoso: foliis lanceolatis; thecis oblongis pedunculatis terminalibus axillaribusve: operculo mucrone obtuso; calyptris villosis.

*Bryum striatum. Lin. syst. ed. R. 4. p. 473. δ.*

*Polytrichum striatum. Neck. method. musc. l. c. γ.*

*Polytrichum crispum* capillaceum, calyptris acutis pilosissimis. *Dill. musc. 433. t. 55. fig. 11. a. b. c.*

In der Jungfernheide, Grunewald, Thiergarten, arboribus, locis umbrosis insidens passim.

Diversissima a praecedenti, ut pro varietate declarare nequeam. Differt praecipue thecis pedunculatis. Varietas vero rupestris ad priorem speciem pertinet, & modo loco orta videtur; hic nondum vidi.

WEISSIA. *Hedwig musc.* 2. p. 90. n. 9.

♂..♀. *Mascul. fl.* terminalis capituliformis. *Peristoma* dentibus 16 integris.

907. WEISSIA *Dicksoni* furculo ramofo, foliis lineari-lanceolatis; thecis oblongis: operculo acuminato: calyptris dimidiatis.

*Bryum virens* capsulis erectis oblongis, foliis subulatis strictis. *Dickson fascicul. crypt. pag.* 4.

*Bryum capillaceum* breve, pallide & laete virens, capsulis ovatis. *Dill musc.* 380. t. 48. f. 43.

*Bryi viriduli.* *Lin. syst. ed. R.* 4. p. 476. synonyma nec planta.

*In der Jungfernheide, Grunewald, Thiergarten* & alibi frequens. Hyeme.

Cespites hemisphaericos format, & folia exsiccatione crispa evadunt.

*Celeber.* *Dickson* verum *Bryum viridulum* in herbario *Linnei* vidit, & differentiam ejus indicavit. vide *EjUSD. Fascicul. pag.* 3. *tab.* 1. *fig.* 5.

908. WEISSIA? *paludosa* acaulis, foliis fetaceis lanceolatis; thecis oblongis: operculo acuminato: calyptris dimidiatis.

*Bryum paludosum* acaulon, foliis fetaceis, antheris obtusissimis, patulis. *Lin. syst. ed. R.* 4. p. 476.



*Bryum trichodes acaulon palustre minimum*, fetis & capsulis brevissimis. *Dill musc.* 387. *tab.* 49. *fig.* 53.

*In der Jungferuheide*, in fossis humentibus umbrosis rarius. Vere.

Nunquam caespitosa semper solitaria sparsa.

909. *WEISSIA recurvirostra* foliis lanceolatis, imbricato-patulis; theca gracili: operculi rostellulo recurvo. *Hedwig stirp. crypt.* I, *fascic.* I. *pag.* 19. *tab.* 7.

Versus *Spandau bei der Steinmühle*, & in plantariis *der Jungfernheide* versus *Tegel* rarius. Hyeme.

POLYTRICHUM. *Lin. gen.* 1309.

♂ .. ♀. *Mascul.* flos disciformis. *Peristoma* dentibus 32 integris membrana apicibus adglutinata.

\* *Thecis cum apophys.*

910. *POLYTRICHUM commune* furculo simplici, prolifero, foliis lineari-lanceolatis ferrulatis; thecis oblongis tetraëdris: calyptris villosis.

*Polytrichum commune* capsulis paralellipipedis, foliis ferrulatis acutis. *Schreb. spicil.* *pag.* 73. n. 733.

*Polytrichum commune* caule simplici. *Lin. syst. ed.* R. 4. p. 455. *u.*

*Polytrichum commune* furculo capitulifero simplicusculo: stellifero annotino-articulato, capitulis adultis tetraëdris obliquis. *Necker method.*

*musc.* 125. p. 7.

*Polytrichum commune*  $\alpha$ . *majus*. *Weiss. crypt.* 168.

*Polytrichum quadrangulare vulgare*, *Juccae* foliis ferratis. *Dill. musc.* pag. 420, fig. 1.

*Im Grunewald frequens. Vere.*

911. *POLYTRICHUM juniperinum* furculo simplici prolifero: foliis lineari-lanceolatis integerrimis mucronatis; thecis oblongis tetraëdris, calyptris villosis.

*Polytrichum commune*.  $\beta$ . *Lin. syst. ed. R.* 4. p. 456.

*Polytrichum commune*  $\beta$ . *minus*. *Weiss. crypt.* 171.

*Polytrichum*. *Schreb. spicil.* 73. n. 734.

*Polytrichum quadrangulare*, *juniperi* foliis brevioribus & rigidioribus. *Dill. musc.* 464. t. 54. f. 2.

*In der Jungfernheide, Thiergarten, Grunewald & alibi copiose. Vere & autumnno.*

*Offic. (Adianti aurei Herba.)*

912. *POLYTRICHUM piliferum* furculo simplici, foliis lanceolatis integerrimis, apice piliferis; thecis oblongis tetraëdris: calyptris villosis.

*Polytrichum piliferum* capsula paralellipipeda, foliis integerrimis, piliferis, caule simplici.

*Schreb. spicil.* 74. n. 1031.

*Polytrichum commune*  $\gamma$ . *pilosum*. *Weiss. crypt.* 172.

*Polytrichum commune*  $\gamma$ . *Lin. syst. ed. R.* 4. p. 456.

*Polytrichum quadrangulare minus juniperi* foliis pilosis. *Dill. musc.* 426. tab. 54. fig. 3.

*In collibus apricis graminosis, & in ericetis sterilibus copiose. e. g. in der Jungfernheide, Spandauerheide, ad Schoeneberg &c. Hyeme & vere.*

\*\* *Thecis absque apophysi.*

913. *POLYTRICHUM nanum* furculo simplici, foliis lanceolatis apice subferratis; thecis subrotundis: calyptris villosis.

*Polytrichum nanum* foliis obscure ferratis; theca subrotunda, nutante. *Hedwig stirp. crypt. I. fasc. 2. pag. 35. tab. 13.*

*Mnium polytrichoides* calyptra villosa. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 464. α.*

*In der Jungfernheide, Grunewald, Hasenheide & alibi frequens. Hyeme.*

914. *POLYTRICHUM aloides* furculo simplici, foliis lanceolatis, apice ferrulatis; thecis cylindricis: calyptris villosis.

*Polytrichum aloides* foliis versus apicem evidenter ferrulatis; theca cylindrica obliquata. *Hedwig stirp. crypt. I. fasc. 2. pag. 37. tab. 14.*

*Mnium polytrichoides. β. Lin. syst. ed. R. 4. p. 464.*

*In der Jungfernheide passim. Vere.*

915. *POLYTRICHUM undulatum* furculo simplici, foliis lanceolatis ferratis, undulatis; thecis cylindricis: operculi acumine longe producto: calyptris dimidiatis glabris.

*Polytrichum undulatum* foliis lanceolatis ferratis, undulatis, patentibus; calyptra ad apicem paraphysiphora, theca cylindrica cernua. *Hedwig stirp. crypt. I. fascicul. 2. pag. 43. t. 16. 17.*

*Catharinea Callibryon. Ehrhart hanoev. Magaz. 1780. 59 Stück pag. 934.*

*Bryum undulatum* antheris erectiusculis, pedunculis subsolitariis, foliis lanceolatis carinatis undulatis patentibus ferratis. *Lin. syst. ed. R.* 4. p. 477.

β. *Polytrichum undulatum* β. *minus*, thecis foliisque erectioribus. *Hedwig. l. c. pag. 43. t. 17. fig. 13 & 14.*

Im Thiergarten, Jungfernheide & alibi copiose.  
Hyeme.

TRICHOSTOMUM. *Hed. musc. 2.*

p. 90. n. II.

♂ — ♀. *Flos mascul. gemmiformis, Peristoma dentibus 16 bifidis longis erectis.*

916. TRICHOSTOMUM *hypnoides* furculo ramoso decumbente, foliis oblongis apice piliferis; thecis oblongis: calyptris integris.

*Bryum hypnoides* antheris erectis, furculo erectiusculo, ramis lateralibus brevibus fertilibus.

*Lin. syst. ed. R. 4. p. 477. α.*

*Bryum hypnoides* α. *hirsutum. Retz prod. fl. Scandinav. 2. p. 213. n. 1234.*

*Bryum hypnoides polycephalon lanuginosum montanum. Dill. musc. 372. t. 47. fig. 34. B.*

Prope Falckenhagen rarius. Hyeme.

Cum capsulis nondum legi.

917. TRICHOSTOMUM *pallidum* furculo simplici brevissimo, foliis capillaceis subulatis vaginantibus; thecis cylindricis: operculis conicis; calyptris dimidiatis.

*Trichostomum pallidum* humile, foliis capillari-  
bus; theca ovato-cylindrica; operculo coni-  
co. *Hedwig stirp. I. fascic. 3. p. 69. tab. 27.*

*Bryum pallidum* capsulis urceolatis erectis, pecti-  
ne spirali, foliis capillaceis, furculis acauli-  
bus. *Schreb. spicil. 80. n. 1029.*

Prope Spandau & in der Jungfernheide in plan-  
tariis sparsim. Vere.

918. *TRICHOSTOMUM pusillum* furculo simplici,  
brevissimo, foliis subulatis vaginantibus; the-  
cis oblongis: operculis conicis: calyptris di-  
midiatis.

*Trichostomum pusillum* foliis ex ovato-concavis,  
basi subulatis, thecis erectis oblongis. *Hedwig*  
*stirp. crypt. I. fascicul. 3. pag. 74. tab. 28.*

Locis arenosis in plantariis & fossis exsiccatis *der*  
*Jungfernheide* passim. Autumno.

Dentes peristomatis ad basin usque divisi, nec  
torti, ut in praecedenti specie.

*FISSIDENS*, *Hedwig musc. 2. p. 91. n. 12.*

♂ — ♀. *Flos mascul.* gemmiformis. *Peristoma* den-  
tibus 16. brevioribus inflexis.

919. *FISSIDENS bryoides* fronde simplici pinnata,  
apice setifera: pinnis oblongis acutis; thecis  
oblongis: operculis acutis.

*Hypnum bryoides* fronde simplicissima pinnata lan-  
ceolata apice pedunculifera, *Lin. syst. ed. R.*

4. p. 483.

*Hypnum taxiforme* exiguum versus summitatem  
capsuliferum. *Dill musc.* 262. t. 34. f. 1.

*In der Jungferuheide & Papenbergen* rarius ad  
emortuarum arborum truncos. Hyeme.

920. *FISSIDENS taxifolius* fronde pinnata simpli-  
ci, basi setifera: pinnis oblongis acutis; thecis  
oblongis: operculo acuminato.

*Hypnum taxifolium* fronde simplicissima pinnata  
lanceolata basi pedunculifera. *Lin. syst. ed. R.*  
4. p. 482.

*Hypnum taxifolium*: furculo simplicissimo basi  
stipitifero, capitulis incurvis, apice subulatis,  
foliis imbricatis acutis. *Necker method. musc.*  
p. 151. n. 1.

*Inter Grunewald & Fasanerie* in pratis humidis  
turfosis passim. Hyeme.

921. *FISSIDENS adianthoides* fronde pinnata sub-  
ramosa, medio setifera: pinnis oblongis acu-  
tis; thecis subcylindricis: operculi acumine  
brevis.

*Hypnum adianthoides* fronde pinnata ramosa  
erecta medio pedunculifera. *Lin. syst. ed. R.*  
4. p. 484.

*Hypnum adianthoides*: furculo ramoso, erecto,  
medio stipitifero, capitulis obliquis subulatis,  
foliis imbricatis acutis. *Necker method. musc.*  
p. 153. n. 3.

*Inter Grunewald & Fasanerie* in pratis udis tur-  
fosis frequens. Hyeme.

922. *FISSIDENS denticulatus* fronde pinnata subsimplici, basi setifera: pinnis cuneiformibus acutis, conjugatis; thecis cylindricis: operculo obtuso.

*Hypnum denticulatum* fronde pinnata simplici: pinnis duplicatis basi pedunculiferis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 413.*

*Hypnum denticulatum*: furculo simpliciusculo decumbente, basi setifero, capitulis obliquis; foliis ordine duplici acutis, recurvatis. *Neck. method. p. 154. n. 5.*

Locis udis nemorosis, inque arborum truncis. e. g. im *Thiergarten*, *Jungfernheide*, *Papenberg* & alibi frequens. Hyeme.

*DICRANUM. Hedwig musc. 2. p. 91. n. 13.*

♂..♀. *Mascul. flos capituliformis terminalis. Peristoma dentibus 16 brevibus bifidis inflexis.*

923. *DICRANUM purpureum* furculo ramoso, foliis oblongis acutis carinatis; thecis subcylindricis, setis axillaribus.

*Mnium purpureum* caule dichotomo: axillis pedunculiferis, anthera erecta, foliis carinatis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 460.*

*Bryum purpureum* capsulis inclinatis striatis, operculo conico, foliis lineari-lanceolatis carinatis, caule subdiviso. *Schreb. spicil. 79. n. 738.*

In viis, sylvis, nemoribus & alibi copiosissime. Vere.

924. *DICRANUM scoparium* furculo ramoso, foliis lineari-lanceolatis recurvis secundis; thecis erectis oblongo-cylindraceutis: operculis conicis acuminatis.

*Bryum scoparium* antheris erectiusculis, pedunculis aggregatis, foliis secundis recurvatis, caule declinato. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 477.*

*Hypnum scoparium* foliis falcatis heteromallis, vaginis multifloris. *Hall. helv. n. 1777. Weiss. crypt. 213.*

*In der Jungfernheide, Thiergarten & alibi copiose. Vere.*

Saepe uno ex Perichaetio plures nascuntur fetas.

925. *DICRANUM heteromallum* furculo subsemplifici, foliis setaceis recurvis secundis, thecis ovatis: operculis acuminatis recurvis.

*Dicranum heteromallum* foliis e membranacea basi subulatis, secundis; theca ovata, operculo rostrato. *Hedwig stirp. 1. fasc. 3. p. 68. tab. 26.*

*Bryum heteromallum* antheris erectis, foliis setaceis secundis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 480.*

*Im Thiergarten, Hasenheide, Jungfernheide in fossis exsiccatis arenosis copiose. Hyeme.*

926. *DICRANUM glaucum* furculo ramoso, foliis ovatis acutis imbricatis; thecis oblongis: operculis acuminatis recurvis.

*Bryum glaucum* antheris erectiusculis: operculo arcuato, foliis erectis imbricatis, furculis ramosis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 472.*



*Bryum glaucum*: furculo ramoso, fragili, imbricato, foliis lanceolatis, operculo capitulorum rostrato. *Necker method. musc.* 226. n. 37.

In *der Jungfernheide*, *Grunewald* & alibi frequens. Vere.

TORTULA. *Hedwig musc.* 2. p. 92. n. 14.

♂—♀. *Mascul. flos* gemmiformis. *Peristomat.* spiraliter convolutis.

927. TORTULA *muralis* furculo brevissimo, subdiviso, foliis ovatis, acutis, apice piliferis; thecis oblongis: operculis conicis acutis.

*Bryum murale* antheris erectis, foliis piliferis rectiusculis, furculis simplicibus caespitosis. *Lin. syst. ed. R.* 4. p. 476.

*Bryum murale* capitulis oblongis erectis, cuspidatis, foliis oblongis concavis piliferis. *Neck. method.* 196. n. 5.

In muris, tegulis, lapidibus &c. copiose. Vere.

728. TORTULA *subulata* furculo brevissimo simplici, foliis ovatis obtusiusculis; thecis cylindraceis: operculo conico, acuto.

*Bryum subulatum* antheris erectis subulatis, furculis acaulibus. *Lin. syst. ed. R.* 4. p. 475.

*Bryum subulatum* capitulis subulatis, foliis superioribus acutis patentibus primordialibus subradicalibus. *Necker method.* p. 194. n. 2.

Im *Thiergarten*, *Jungfernheide* & alibi passim in fossis humidiusculis. Vere.

BARBULA. *Hedwig musc.* 2. p. 92. n. 15.

♂. ♀. *Mascul. flos capituliformis. Peristoma ciliis spiraliter convolutis.*

929. BARBULA *ruralis* furculo ramoso, foliis reflexis obovatis, obtusis, apice piliferis; thecis cylindricis: operculis conicis acutis.

*Bryum rurale* antheris erectiusculis, foliis piliferis recurvis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 475.*

*Bryum rurale* capsulis subnutantibus; pedunculis annotinis lateralibus; foliis supra medium dilatatis, piliferis, patulis. *Scop. carn. ed. 1. p. 145. n. 17. ed. 2. n. 1308.*

In campis, nemoribus, tectis stramineis, ligneisque, muris &c. copiosissime. Hyeme.

930. BARBULA *unguiculata* furculo subramoso, foliis lineari-lanceolatis, carinatis; thecis subcylindricis: operculo conico.

*Barbula unguiculata* foliis lineari-lanceolatis, carinatis, surrectis, perigonialibus masculi floris cum fasciculo, theca obliqua. *Hedwig stirp. 1. fasc. 3. p. 59. t. 23.*

*Bryum unguiculatum* antheris erectis oblongis, pedunculis axillaribus, foliis erectis, acutis, carinatis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 479.*

*Bryum unguiculatum* capsulis urceolatis, operculo longo obliquo, foliis lanceolatis tortilibus, cauliculis erectis. *Schreb. spicil. 78.*

In fossis, tumulis coemeteriorum & alibi frequens. Hyeme.

d. *Peristomate figurato, ordine duplici.*

NECKERA. *Hedwig musc.* 2. p. 93. n. 16.

♂..♀. *Mascul. fl. gemmiformis. Peristoma* dentibus 16. ciliisque apice liberis.

931. NECKERA *crispa* furculis ramosis erectiusculis, foliis distichis oblongis obtusis rugosis; thecis oblongis: operculo rostrato, rostro reflexo.

*Hypnum crispum* furculis ramosis, frondibus subpinnatis: foliolis undulatis planis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 487.*

*Hypnum crispum* furculo ramoso vago erectiusculo stipitifero, capitulis obliquis acuminatis, foliis undatis obtusis distichis. *Necker method. p. 153.*

Prope *Falkenhagen* rarissime. Hyeme.

932. NECKERA *dendroides* furculo erecto inferne nudo, superne fasciculato-ramoso, folioso, foliis lineari-lanceolatis imbricatis; thecis subcylindricis erectis: operculis rostello incurvo.

*Hypnum dendroides* furculo erecto, ramis fasciculatis terminalibus simpliciusculis, antheris erectis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 496.*

*Hypnum dendroides sericeum*, fetis & capsulis longioribus erectis. *Dill. musc. 313. tab. 40. fig. 48.*

β. furculo ramoso, ramis fasciculatis.

In nemorosis humidis *im Thiergarten, Jungfernheide, Papenbergen &c.* frequens. Hyeme.

In varietate  $\beta$ . furculus nudus non simplex est, sed in tres vel quatuor ramos dividitur.

933. *NECKERA curtipendula* furculis ramosis erectis teretibus foliosis, foliis oblongo-ovatis, acutis, imbricatis; thecis nutantibus ovatis: operculis acuminatis.

*Hypnum curtipendulum* furculis vagis, teretibus, foliis ovatis acutis patulis, antheris pendulis.

*Lin. syst. ed. R. 4. p. 497.*

*Hypnum dentatum curtipendulum*, viticulis rigidis. *Dill. musc. 333. t. 43. f. 69.*

*Im Briselang & alibi rarius. Hyeme.*

934. *NECKERA viticulosa* furculis ramosis decumbentibus, foliis oblongis acutis patulis; thecis oblongis: operculis conicis.

*Hypnum viticulosum* furculis repentibus, ramis vagis teretibus; foliis patulis acuminatis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 494.*

*Hypnum* furculo germinante crassiore: adulto graciliore, reptante capitulifero, primordialibus pilosis. *Necker method. 169. n. 23.*

*In den Papenbergen, Briselang & alibi in arborum truncis rarius. Majo.*

935. *NECKERA serpens* furculis ramosis decumbentibus vagis, filiformibus, foliis minutissimis oblongis acuminatis; thecis oblongo-cylindricis: operculis obtusis.

*Hypneum serpens* furculis repentibus, ramis filiformibus, foliis oblitteratis. *Lin. syst. ed. R. 4.* p. 500.

*Hypnum serpens* furculis repentibus, ramis filiformibus: foliis oblitteratis, capsulis cylindraceis inclinatis, mucrone brevissimo erecto. *Schreb. spicil. 99. n. 760.*

In arborum truncis vulgaris. Autumno.

936. *NECKERA cupressiformis* furculis ramosis decumbentibus, foliis oblongo-lanceolatis recurvis secundis; thecis cylindricis: operculo acuminato recto.

*Hypnum cupressiforme* furculis subpinnatis, foliis secundis recurvis apice subulatis. *Lin. syst. ed. R. 4.* p. 492.

*Hypnum cupressiforme* furculo pinnato, ramis apice deflexis, remotis, capitulis ovatis, erectis. *Necker method. 166. n. 19.*

*α.* furculis latis, brevibus.

*β.* *Hypnum crispum cupressiforme*, foliis aduncis. *Dill. musc. 287. t. 37. f. 23.*

*γ.* furculis apice filiformibus, longe repentibus.

In terra & arborum truncis copiosissime. Autumno.

937. *NECKERA adunca* furculo ramoso erecto, foliis lineari-lanceolatis falcatis carinatis apice setaceis, secundis; thecis obliquis oblongis; operculis conicis obtusis.

*Hypnum aduncum* furculis erectiusculo-subramosis, foliis secundis recurvis subulatis, ramis recurvatis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 493.*

*Hypnum aduncum* furculo erecto simpliciusculo, ramis recurvis, capitulo obliquo apice obtuso, *Necker method. 167. n. 20.*

*In der Jungfernheide, Papenbergen &c.* frequens, locis udis. *Majo.*

938. *NECKERA sericea* furculo ramoso repente, foliis oblongis, seta terminatis, arcte imbricatis; thecis cylindricis erectis: operculis acuminatis recurvis.

*Hypnum sericeum* furculo repente, ramis confertis erectis, foliis subulatis, antheris erectis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 499.*

*Hypnum sericeum*: repens, ramis anotinis ramosis erectis, capitulo erecto, acuminato, primordialibus acuminatis. *Necker method. musc. 173. n. 17.*

*Hypnum vulgare sericeum recurvum*, capsulis erectis cuspidatis. *Dill. musc. 323. tab. 42. fig. 59.*

*In arborum truncis vulgaris. Vere.*

939. *NECKERA lutescens* furculis ramosis vagis, foliis oblongis acuminatis; thecis oblongis, obliquis: operculis acuminatis recurvis.

*Hypnum lutescens* furculis vagis procumbentibus, foliis subulatis, antheris obliquis. *Huds. angl. ed. 1. p. 421.* In editione novissima varietas *Hypni sericei* p. 506.

*Hypnum lutescens* furculis vagis procumbentibus, foliis ovatis lanceolatis subulatis striatis, capsulis obliquis. *Schreb. spicil.* 98. n. 1071.

*Im Thiergarten, Jungfernheide & alibi passim. Vere.*

940. *NECKERA albicans* furculo ramoso adscendente, foliis oblongo-lanceolatis, apice setaceis; thecis oblongis obliquis: operculis conicis obtusis.

*Hypnum albicans* furculo adscendente, ramis teretibus arcte imbricatis, foliis ovatis, mucronatis, capitulis axillaribus obliquis. *Necker method. musc.* 180. n. 36. *Withering britan.* 2. p. 688. n. 36.

*Hypnum fericeum* gracile albicans, capsulis subrotundis. *Dill. musc.* 328. t. 42. f. 63. (*figura non optima.*)

*Hinter Spandau versus Falkenhagen passim ad terram. Vere.*

*LESKIA. Hedwig musc.* 2. p. 93. n. 17.

♂.. ♀. *Mascul. flos* gemmiformis. *Peristoma extern.* dentibus 16 acutis; *intern.* ciliis uniformibus, basi membranacea connexis.

941. *LESKIA trichomanoides* furculo ramoso, foliis distichis oblongis subulatis obtusis; thecis subcylindricis: operculi rostello reflexo.

*Hypnum trichomanoides* fronde ramosa: foliis distichis imbricatis acinaciformibus obtusis. *Schreb. spicil.* 88. n. 1053.

*Hypnum pennatum trichomanoides* splendens ramosum. *Dill. musc.* 260. t. 24. f. 9

*Im Thiergarten, Grunewald, Papenbergen, Jungfernheide &c. ad arborum radices locis humidis umbrosis passim. Vere.*

942. *LESKIA polyantha* furculis ramosis, ramis brevissimis, foliis subulatis acutis, thecis oblongis, operculis conicis obtusis.

*Hypnum polyanthos, furculis ramosissimis, ramis erectis teretibus multifloris, capsulis erectis. Schreb. spicil. 97. n. 1070.*

*Im Thiergarten & Jungfernheide in arborum truncis rarius. Hyeme.*

943. *LESKIA palustris* furculis repentibus vagis, ramosis, foliis ovatis acutis secundis; thecis cylindraceis: operculis obtusis.

*Hypnum palustre* furculis repentibus, ramis confertis erectis, foliis ovatis secundis, antheris erectiusculis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 495.*

*Hypnum heterophyllum* furculo repente simplici, ramis erectis fetas subaequantibus: operculo mucronato. *Necker method. 168.*

*Hypnum heterophyllum aquaticum polycephalum* repens. *Dill musc. 293. t. 37. f. 27.*

*In fossis udis, ad salicum truncos passim. Autumno.*

944. *LESKIA marchica* furculo ramoso erecto, foliis ovatis acuminatis; thecis subrotundis obliquis: operculis mucrone crasso adunco.

*Iisdem locis ubi *Marsilea natans* reperitur, in ligno putrido natante. Majo, Junio.*



Surculus erectus ramosus, inferne fuscus, radicibus fibrosis minutissimis dense obsitus: ramis brevibus teretibus.

Folia ovata acuminata carinata obscure virentia laxè imbricata. Flos masculus gemmiformis terminalis. Setae rubrae fesquiunciales, axillares, filiformes. *Perichaetium* vaginatum, inferne ventricosum, superne truncatum, margine integro, foliis lanceolatis apice setaceis cinctum. Theca subrotunda obliqua gibba striata. Operculum minutum planum, mucrone umbilicato obtuso parum deflexo. *Tab. VI. fig. 12. a. b. c.*

Habitu externo in nonnullis cum *Mnio fontano* convenit, differt tamen:

- 1) Foliis ovatis acuminatis, quae in *Mnio fontano* apice setacea sunt.
- 2) Ramis brevioribus.
- 3) Floribus gemmiformibus, nec disciformibus.
- 4) Theca minori gibbosa.
- 5) Peristomate.

HYPNUM. *Lin. gen. 1312.*

♂..♀. *Flos mascul.* gemmiformis. *Peristoma extern.* dentibus 16. acutis; *intern.* ciliis e membrana difformibus.

\* *Surculis pinnatis.*

945. HYPNUM *flicinum* furculo simpliciter pinnato, foliis oblongis acuminatis reflexis secundis; thecis subcylindricis: operculis convexis.

*Hypnum filicinum* furculis pinnatis: ramulis distantibus, foliolis imbricatis incurvis acutis secundis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 483.*

*Hypnum filicinum*  $\alpha$ . *spicatum* furculis pinnatis: pinnis foliosis, simplicibus, distantibus, versus apicem approximatis in spicam: foliis imbricatis, falcatis. *Weiss. crypt. 228.*

*Hypnum repens filicinum crispum.* *Dill musc. 282. t. 36. f. 19.*

Prope *Tegel* haud infrequens, *in den Papenberg* rarius. Martio. Aprili.

946. *HYPNUM proliferum* furculis duplicato-pinnatis, proliferis, foliis lanceolatis imbricatis; thecis oblongis; operculis acuminatis incurvis.

*Hypnum proliferum* furculis proliferis, plano-pinnatis, pedunculis aggregatis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 489.*

*Hypnum parietinum* furculo pinnato, ramis arcuato-fubulatis teretibus, capitulis aggregatis obliquis, operculo fubulato. *Necker method. 157. n. 8.* (synonymum *Linnei* a *Perill. Necker*o citatum, falsum est, & ad sequentem speciem pertinet.)

*Hypnum filicinum*, *Tamarisci* foliis majoribus splendentibus. *Dill. musc. 274. t. 35. f. 13.*

In nemoribus & sylvis inque fossis exsiccatas copiose. Vere.

947. *HYPNUM delicatulum* furculis duplicato-pinnatis proliferis apice cuspidatis, foliis oblongis,

acuminatis; imbricatis thecis cylindraceis:  
operculi rostello obtuso incurvo.

*Hypnum delicatulum* furculis subproliferis plano-  
pinnatis cuspidatis, pedunculis aggregatis.  
*Lin. syst. ed. R. 4. p. 489.*

*Hypnum filicinum*, tamarisci foliis minimis non  
splendentibus, fetis capsulis brevioribus. *Dill.*  
*musc. 546. t. 83. f. 6.*

*Inter Grunewald & Fasenerie, in den Papenbergem*  
& alibi locis udis passim. Hyeme.

Setae solitariae vel geminatae, rarius aggregatae.

948. *HYPNUM parietinum* furculis subtriplicato  
pinnatis proliferis, foliis ovatis acutis imbrica-  
tis; thecis cylindraceis: operculi rostello  
incurvo.

*Hypnum parietinum* furculo plano-pinnatis con-  
tinuatis, pedunculis aggregatis. *Lin. syst. ed.*  
*R. 4. p. 490.*

*Hypnum tamariscifolium* furculo repente, ramis  
planiusculis proliferis, capitulis confertis in-  
curvis. *Necker method. 158. n. 9.*

*Hypnum filicinum*, Tamarisci foliis minoribus,  
non splendentibus. *Dill. musc. 276. t. 35. f. 14.*  
In nemoribus & fossis exsiccatis umbrosis fre-  
quens. Vere.

Rarius theciferum.

949. *HYPNUM praelongum* furculis subsimpliciter  
pinnatis, subproliferis, foliis lanceolatis laxè  
imbricatis; thecis oblongis: operculis conicis,  
rostro subulato longo incurvo.

*Hypnum praelongum* furculis subpinnatis decumbentibus; ramulis remotis, foliolis ovatis, antheris cernuis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 490.*

*Hypnum praelongum* furculo reptante, ramis subaequalibus fetis axillaribus, capitulis subcernuis, foliis ferrulatis patulis. *Necker method. 174. n. 28.*

*In der Jungfernheide, Thiergarten & alibi in arborum truncis & ad terram frequens. Hyeme. Cum thecis nondum legi, a Clariss. ac Amiciss. D. Hedwig specimen cum thecis accepi, unde descriptionem deprompsi.*

950. *HYPNUM abietinum* furculis simpliciter pinnatis, ramosis, filiformibus, foliis oblongis obtusis dense imbricatis.

*Hypnum abietinum* furculis pinnatis teretiusculis remotis inaequalibus. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 491.*

*Hypnum abietinum* primordialibus obtusis, ramis teretibus subulatis, foliis ovatis, acutis, rachi siccata appressis. *Necker method. 163. n. 15.*

*In arenosis sterilibus ad Schoeneberg, inter Pancko & Gesundbrunnen alibique frequens.*

*Thecas nunquam vidi.*

*\*\* Surculis erectis.*

951. *HYPNUM triquetrum* furculis ramosis, foliis oblongis acutis subreflexis patulis; thecis oblongis: operculis obtusis.

*Hypnum triquetrum* ramis vagis recurvis, foliis ovatis recurvatis patulis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 487.*

*Hypnum triquetrum* furculo adscendente: ramis supremis recurviusculis fetiferis: infimis repantibus, foliis imbricato patulis. *Necker method.* 185. n. 43.

In nemoribus, fylvis, pratisque copiose. Vere. Thecas rarius observavi.

952. *HYPNUM squarrosum* furculis ramosis, foliis lanceolatis acutis reflexis; thecis oblongis: operculis acutis.

*Hypnum squarrosum* ramis vagis, foliis lanceolatis, complicato carinatis, quinquefariam recurvatis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 494.*

*Hypnum repens*, triangularibus reflexis foliis, minus. *Dill musc.* 304. t. 39. f. 39.

In nemoribus subhumidis, inque pratis frequens. e. g. *Im Thiergarten, Jungfernhcide, Grunewald &c.* Vere.

*Hypnum*, *Dill.* t. 38. f. 38, nondum legi, & differe videtur.

953. *HYPNUM purum* furculis ramofo pinnatis, apice subulatis, foliis ovatis obtusis dense imbricatis; thecis oblongis: operculis acuminatis.

*Hypnum purum* furculis pinnato-sparfis subulatis, foliis ovatis obtusis conniventibus. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 497.*

*Hypnum purum* furculo adscendente ramofo fetifero: ramis incurvo subulatis teretibus, foliis conniventibus, obtusis, mucronatis.

*Necker method.* 160 n. II

*Im Thiergarten, Jungfernheide & alibi frequens.*  
Hyeme.

954. *HYPNUM illecebrum* furculis ramoso pinna-  
tis suberectis, apice obtusis, foliis oblongis  
obtusis mucronatis, dense imbricatis.

*Hypnum illecebrum* furculis ramisque vagis tere-  
tibus erectiusculis obtusis. *Lin. syst. ed. R. 4.*  
p. 498.

*Hypnum illecebrum* furculo vago procumbente,  
ramis teretibus arcte imbricatis, foliis conca-  
vis obtusis, mucrone terminali. *Necker me-  
thod. 178. n. 34.*

*Im Thiergarten, Jungfernheide, prope Tegel,  
Papenberggen & alibi passim, sed semper abs-  
que thecis.*

955. *HYPNUM Schreberi* furculis pinnato-ramosis  
apice subulatis, foliis oblongis acutis, laxe im-  
bricatis; thecis oblongis; operculis conicis.

*Hypnum compressum* ramis apice attenuatis, foliis  
ovato-lanceolatis, setis elongatis, capsulis in-  
clinatis, operculo conico. *Schreb. spicil. 96.*  
n. 1067.

*Hypnum compressum* furculo erecto, ramoso, ra-  
mis basi setiferis, planis recurviusculis, stipite  
triplo brevioribus. *Necker meth. 159. n. 10.*

*Hypnum cupressiforme* tenuius & compressius.  
*Dill musc. 312. t. 40. fig. 47.*

*Im Thiergarten, Jungfernheide &c. frequens.*  
Hyeme.

Non confundendum cum *Hypno compresso* Linnei.

956. *HYPNUM cuspidatum* furculis pinnato-ramosis apice longe cuspidatis, foliis oblongo-acuminatis; thecis cylindraceis: operculis conicis.

*Hypnum cuspidatum* furculis vagis: apice foliis convolutis acuminatis. *Lin. syst. ed. R. 4.* p. 499.

*Hypnum cuspidatum* furculo erectiusculo, ramis summis pungenti-cuspidatis, setis axillaribus longissimis. *Necker method. 163. n. 16.*

Locis udis nemorosis inque pratis abunde. Vere.

\*\*\* *Surculis vagis.*

957. *HYPNUM fluitans* furculis ramosis vagis, foliis ovatis acutis patulis; thecis oblongis obliquis: operculis conicis.

*Hypnum fluitans* foliis lanceolatis alternis remotis. *Schreb. spicil. 92. n. 1060. Weiss. crypt. p. 226.*

*Hypnum fluitans* furculo longissimo, ramoso, foliis inferioribus lanceolatis, remotis: superioribus approximatis, imbricato-patulis. *Necker method. musc. 185. n. 42.*

α. ramis longissimis apice acutis.

*Hypnum erectum* f. *fluitans*, foliis oblongis, acutis perangustis. *Dill musc. 299, tab. 38. fig. 33.*

β. furculis ramisque minoribus.

Varietas α. in lacu horti botanici prope Schoenberg & β. in arborum truncis, locis humidis in der Jungfernheide. Vere.

Semel varietatem  $\beta$ . cum theca adhuc immatura inveni, cujus descriptionem addam. Perichæti folia erant oblonga apice fetacea. Seta uncialis rubra filiformis. Theca oblonga obliqua; operculum conicum obtusum.

958. *HYPNUM rutabulum* furculis ramosis vagis, foliis ovatis acutis, mucronatis patulis; thecis oblongis obliquis: operculis conicis acutis.

*Hypnum rutabulum* ramis vagis subrepentibus, foliis ovatis mucronatis imbricatis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 488.*

*Hypnum rutabulum* ramis vagis erectiusculis, foliis ovatis acutis mucronatis patulis, operculis conicis. *Schreb. spicil. 90. n. 1057.*

*Hypnum dentatum* vulgatissimum, operculis obtusis. *Dill. musc. 295. t. 38. f. 29.*

In arborum truncis, sepibus & alibi copiosissime. Hyeme.

Valde variat.

959. *HYPNUM striatum* furculis ramosis vagis, foliis ovatis acutis patulis; thecis oblongis obliquis: operculo mucronato, mucrone incurvo.

*Hypnum striatum* ramis vagis recurvis, foliis ovatis lineatis acutis undique patentibus, operculis mucronatis. *Schreb. spicil. 91. n. 1058.*

*Hypnum vulgare dentatum*, operculis cuspidatis. *Dill. musc. 297. t. 38. f. 30.*

In der Jungfernuheide, Papenberg &c. infrequens. Vere.



960. *HYPNUM velutinum* furculis ramosis repentibus, foliis ovatis acuminatis; thecis oblongis: operculis conicis obtusis.

*Hypnum velutinum* furculo repente, ramis confertis erectis, foliis subulatis, antheris subnutantibus. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 500.*

*Hypnum velutinum* reptans, ramis erectis teretibus seta duplo brevioribus, capitulis ovatis subcernuis. *Necker method. 172. n. 26.*

In arborum truncis passim. e. g. *in der Jungfernheide*, prope *Tegel*, *Papenberg* &c. Vere.

961. *HYPNUM intricatum* furculis ramosis, ramis brevibus, foliis lanceolatis acutis patulis; thecis oblongis obliquis: operculis conicis acutis.

*Hypnum intricatum?* furculis repentibus, ramis brevibus: foliis laxis lanceolatis acuminatis, capsulis obliquis cernuis mucrone obliquo. *Schreb. spicil. 99. n. 1072.*

In fossis exsiccatis, arborum truncis *in der Jungfernheide*, *Thiergarten* & alibi frequens. Vere.

Convenit cum *Hyp. intricato Schreberi*, sed mucronem in operculo nunquam vidi. Operculi semper conici acuti, in speciminibus a me perferutatis, erant.

BRYUM. *Lin. gen. 1311.*

♂..♀. *Mascul. flos capituliformis. Peristoma extern. dentibus 16 acutis: inter. e membrana carinata ciliis difformibus.*

962. *BRYUM androgynum* furculo ramoso erecto, foliis lanceolatis patulis; thecis cylindricis: operculis acuminatis, seta terminali.

*Mnium androgynum* caule ramoso, androgynum.

*Lin. syst. ed. R. 4. p. 458.*

*Mnium angustifolium* capitulo pulverifero ovato, glabro: foliato, globofo, furculis simplicibus ramosisque. *Necker method. 234. n. 2.*

*Mnium perangustis & brevibus foliis. Dill. musc. 230, t. 31, f. 1.*

*Im Thiergarten, Grunewald, Jungfernheide &c. ad arborum radices passim. Hyeme & vere,*

963. *BRYUM argenteum* furculo ramoso, erecto, foliis oblongis apice subulatis, dense imbricatis; thecis nutantibus oblongis: operculis convexis, seta axillari.

*Bryum argenteum* antheris pendulis, furculis cylindricis imbricatis laevibus. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 479.*

*Bryum argenteum* furculo nitido arcte imbricato, foliis ovatis concavis, capitulis ovatis nutantibus, stipite subradicali. *Necker method. 201. n. 10.*

*In tegulis, tectis, sepibus, hortis, agris, nemoribusque copiose. Vere.*

964. *BRYUM fissum* furculis repentibus subsimplicibus, foliis distichis trapeziformibus, apice bifidis.

*Mnium fissum* foliis distichis bifidis. *Lin. syst. ed.*

*R. 4. p. 470.*

*Mnium trichomanis* furculo repente pennato apice globulifero, foliis bidentatis. *Necker method.* 236. n. 5.

*Jungermannia fissa.* *Scop. carn. ed. 2.* n. 1345.

Im Thiergarten & Jungfernheide in fossis frequens.

Fructificationes nondum vidi.

MNIUM. *Lin. gen.* 1310.

♂..♀. *Mascul. flos* disciformis. *Peristoma extern.* dentibus 16 acutis; *intern.* e membrana ciliis difformibus.

965. *MNIUM fontanum* furculo subramoso erecto, foliis lanceolaris, apice setaceis incurvis; thecis subrotundis obliquis, operculo conico umbilicato obtuso.

*Mnium fontanum* caule simplici geniculis inflexis. *Lin. syst. ed. R. 4.* p. 459.

*Bryum fontanum* furculo simplici tereti, capitulis obliquis subrotundis. *Necker method.* 209. n. 21.

*Bryum palustre* scapis teretibus, stellatis, capsulis magnis, subrotundis. *Dill. musc.* 340. t. 44. f. 2.

In der Jungfernheide rarius. *Majo. Junio.*

966. *MNIUM palustre* furculo ramoso dichotomo, foliis subulatis acutis carinatis; thecis oblongis: operculis conicis.

*Mnium palustre* caule dichotomo, foliis subulatis. *Lin. syst. ed. R. 4.* p. 459.

*Bryum palustre* furculo erecto dichotomo, stipitibus axillaribus capituliferis, capsulis obliquis. *Necker method.* 210. n. 22.

*Mnium majus*, ramis longioribus bifurcatis, *Dill. musc.* 233. t. 31. f. 3.

*In der Jungfernheide & prope Spandau rarius.*  
Majo.

967. *MNIUM hornum* furculo subsimplici, foliis oblongis obtusiusculis; thecis oblongis nutantibus: operculis convexis: calyptris rectis.

*Mnium hornum* antheris pendulis, pedunculo curvato, furculo simplici, foliolis margine scabris. *Lin. syst. ed. R.* 4. p. 462.

*Bryum hornum* furculo capitulifero ramosiusculo: stellifero simplici, primordialibus plumosis. *Necker method.* 215. n. 26.

*Bryum stellare hornum sylvarum*, capsulis nutantibus. *Dill. musc.* 402. t. 51. f. 71.

*In der Jungfernheide passim.* Aprili. Majo.

968. *MNIUM crudum* furculo simplici, foliis lanceolatis acutis; thecis nutantibus ovatis: operculis conicis: calyptris recurvatis.

*Mnium crudum* antheris pendulis, calyptra recurvata, foliis pellucidis. *Lin. syst. ed. R.* 4. p. 463.

*Bryum crudum* furculo simplici, capitulis nutantibus, foliis intermediis latioribus: summis linearibus. *Necker method.* 223. n. 34.

Bryum pendulum molle, foliis lanceolatis & gramineis. *Dill musc.* 401. t. 51. f. 70.

Iisdem locis, eodemque tempore rarius.

969. *MNIUM serpillifolium* furculo simplici, foliis obovatis obtusis; thecis nutantibus ovatis: operculis conicis acutis,

*Mnium serpillifolium* pedunculis aggregatis, foliis patentibus pellucidis. *Lin. syst. ed. R. 4* p. 467.  $\alpha$ . punctatum.

*Bryum punctatum* capsulis cernuis, pedunculis aggregatis, foliis obovatis integerrimis obtusis punctatis. *Schreb. spicil.* 89. n. 755.

*Bryum serpillifolium* furculo simpliciusculo, capitulis subaggregatis cernuis, foliis obovatis, obtusis, nitidis, integerrimis. *Necker method.* 216. n. 27.

*Bryum pendulum*, serpilli folio rotundiore pellucido, capsulis ovatis. *Dill. musc.* 416. t. 53. fig. 81.

In nemoribus umbrosis fossis subhumidis frequens. Vere.

Variat pedunculis solitariis & aggregatis, & furculo fructificante erecto, sterili repente.

970. *MNIUM cuspidatum* furculo subsimplici, foliis ovatis acutis serratis; thecis nutantibus oblongis: operculis convexis.

*Mnium serpillifolium*  $\beta$ . *cuspidatum*. *Lin. syst. ed. R. 4* p. 467.

*Bryum cuspidatum* capsulis nutantibus, pedunculis aggregatis, foliis ovatis acutis ferratis. *Schreb. spicil.* 84. n. 1049.

*Bryum polymorphum* furculo reptante pennato: capitulifero erecto; simplici, foliis mucronatis ferratis. *Necker method.* 218. n. 29.

*Bryum pendulum*, foliis variis pellucidis, capsulis ovatis. *Dill. musc.* 413. t. 53. f. 79.

*Im Thiergarten, Jungfernheide & alibi frequens. Vere.*

Variat furculis sterilibus reptantibus & erectis, apice ramosos emittens furculos; fructificantibus fetis solitariis ac aggregatis. Folia mucrone donata sunt.

971. *MNIUM roseum* furculo simplici prolifero, foliis oblongis acutis; thecis nutantibus oblongis: operculis convexis.

*Mnium serpillifolium* γ. *proliferum.* *Lin. syst. ed. R.* 4. p. 468.

*Mnium roseum* furculis simplicibus & proliferis, foliis rosaceo congestis, lanceolatis, acutis, tenuissime argute crenulatis, pedunculis aggregatis. *Weiss. crypt.* 157.

*Bryum roseum* capsulis nutantibus, pedunculis aggregatis, foliis rosaceo-congestis lanceolatis acutis. *Schreb. spicil.* 84. n. 1048.

*Bryum stellare roseum majus*, capsulis ovatis pendulis. *Dill. musc.* 411. t. 52. f. 77.

*Im Grunewald, Jungfernheide, Papenbergen & alibi locis umbrosis passim. Vere.*

Surculi steriles non repententes.

972. *MNIUM ligulatum* furculo subsimplici, foliis oblongo-lanceolatis ferrulatis, undulatisque; thecis nutantibus oblongis: operculis convexis.

*Mnium serpillifolium*  $\delta$ . *undulatum*. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 468.*

*Mnium undulatum* furculis erectis, ramis fasciculatis, foliolis ellipticis, undulatis, argute dentatis, pedunculis aggregatis. *Weiss. crypt. 158.*

*Bryum ligulatum* capsulis nutantibus, pedunculis aggregatis, foliis oblongis undulatis ferrulatis. *Schreb. spicil. 84. n. 753.*

*Bryum dendroides*. *Necker method. 218. n. 28.*

*Bryum dendroides polycephalon*, phyllitidis folio undulato pellucido, capsulis ovatis pendulis. *Dill. musc. 410. t. 52. f. 76.*

*Im Thiergarten, Jungfernheide, Grunewald, prope Tegel & alibi in pratis frequens. Vere.*

Variat furculis simplicibus & apice ramosis.

973. *MNIUM caespititium* furculis subramosis, ramis brevissimis, foliis lanceolatis apice setaceis; thecis ovatis nutantibus: operculis convexis.

*Bryum caespititium* antheris pendulis, foliis lanceolatis acuminato-setaceis, pedunculis longissimis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 480.*

*Bryum caespititium* foliis lanceolatis acuminatis, nitidis, stipite subradicali, capitulis ovatis obtusis. *Necker method.* 228. n. 40.

*Bryum pendulum ovatum caespititium pilosum-que seta bicolori.* *Dill musc.* 396. t. 50. f. 66.

*In der Jungfernheide, Thiergarten & alibi in locis graminosis ficcis frequent.* Martio, Aprili.

KOEHLREUTERA. *Hedwig musc.* 2. p. 95.

♂ — ♀. *Mascul. flos* disciformis. *Peristoma extern.* dentibus 16. apice cohaerentibus obliquis: *intern.* cilia totidem membranacea plana.

974. KOEHLREUTERA *hygrometrica* furculo subsimplici, foliis oblongis acuminatis, thecis ovatis nutantibus: operculis planis.

*Mnium hygrometricum* acaule, anthera nutante, calyptra reflexa tetragona. *Lin. syst. ed. R.* 4. p. 460.

*Bryum hygrometricum* acaule, capitulis turbinate, obtusis ficcitate tetragonis, seta arcuata, primordialibus aggregatis. *Necker method.* 221. n. 31.

*In fossis umbrosis humidis abunde.* Martio, Aprili.

WEBERA. *Hedwig musc.* 2. p. 95. n. 22.

♀. *Peristoma extern.* dentibus 16. acuminatis: *intern.* membranaceo carinato, cum & absque ciliis.



975. *WEBERA pomiformis* furculo ramoso, foliis lineari-lanceolatis seta terminatis, imbricato-patulis; thecis sphaericis: operculo plano.

*Bryum pomiforme* antheris erectis sphaericis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 473.*

*Bryum pomiforme* furculo erecto, capitulis lateralibus globosis. *Necker method. 208. n. 19.*

Inter *Charlottenburg & Spandau* in colle oviariam versus rarius. Vere.

976. *WEBERA pyriformis* furculo subsimplici foliis linearibus; thecis pyriformibus nutantibus: operculis conicis.

*Webera pyriformis* caule simplicissimo, foliis perichaetii capillaribus longissimis recurvis, capsula pyriformi. *Hedwig stirp. I. fascicul. I. p. 5. t. 3.*

*Minium pyriforme* antheris pendulis turbinatis, stipite filiformi, floribus femineis setiferis.

*Lin. syst. ed. R. 4. p. 464.*

In der *Jungfernheide* rarius. Junio.

977. *WEBERA nutans* furculo simplici, foliis ovato-lanceolatis conniventibus; thecis cylindraceis: operculis conicis mucronatis.

*Webera nutans* foliis lanceolatis, capsulis oblongis nutantibus. *Hedwig stirp. I. fascicul. I. pag. 9. tab. 4.*

*Bryum nutans* foliis lanceolatis subulatis, capsulis urceolatis cernuis, operculo conico. *Schreb.*

*In der Jungfernheide & alibi passim.* Majo.  
Junio.

BUXBAUMIA. *Lin. gen.* 1307.

♂—♀. *Mascul. flos* discoidens. *Peristoma extern.*  
dentibus 16. truncatis; *intern. membranaceo*  
plicatum.

978. BUXBAUMIA *aphylla* furculis foliisque nullis;  
theca ovata dimidiata: operculo conico ob-  
liquo.

*Buxbaumia aphylla. Lin. syst. ed. R. 4. p. 453.*

*Buxbaumia caulescens* bulbo villis tecto. *Schmidel*  
*diff. de Buxb.* 25. n. 1.

*In sylvis acerosis declivis & fossis exsiccatis, e. g.*  
*in der Jungfernheide, prope Tegel & alibi*  
*frequens. Per hyemem.*

979. BUXBAUMIA *foliosa* furculo nullo, foliis li-  
nearibus obtusis; theca sessili ovata dimidiata:  
operculo conico obliquo.

*Buxbaumia foliosa* acaulis, capsula subsessili, fo-  
liis cincta. *Lin. jun. Diff. Method. muscillast.*  
33. tab. 1. f. 4. a. b.

*Buxbaumia sessilis. Schmidel Diff. de Buxb.* 26.  
n. 2.

*Bryum hallerianum* acaule, capitulis sessilibus,  
foliis extimis patentibus obtusis: intimis  
erectis mucronatis. *Necker method.* 233.  
n. 44.

*Sphagnum acaulon maximum* foliis in centro ci-  
liaribus. *Dill. musc.* 253. t. 32. f. 12

*Webera diphyscium*. Ehrhart hanoev. Magaz. 1779.

17. Stück pag. 257.

In ericetis der Jungfernheide rarius. Hyeme.

Folia perichaetii aristata.

FONTINALIS. Lin. gen. 1306.

♂—♀. Mascul. flos gemmiformis. Peristoma extern. dentibus 16, intern. reticulatum.

980. FONTINALIS antipyretica furculo ramoso vago, foliis lanceolatis laxè imbricatis; thecis subcylindricis: operculis planis mucronatis.

*Fontinalis antipyretica* foliis complicato-carinatis trifariis acutis, antheris lateralibus. Lin. *lyst. ed. R. 4. p. 451.*

*Hypnum antipyreticum* furculis trifariis, capitulis subsessilibus axillaribus; primordialibus oblongis teretibus. Necker *method. 191, n. 48.*

In aquis hinter Spandau passim.

Rarius cum thecis.

MEESIA. Hedwig *musc. 2. p. 97. n. 25.*

♀—♂—♀. Mascul. flos disciformis. Peristoma extern. dentibus 16. curtis; intern. reticulatum.

981. MEESIA longifeta furculo ramoso, foliis lanceolatis acutis carinatis patulis; thecis obliquis oblongo-cylindricis: operculis conicis.

*Meesia longifeta* foliis ovato-lanceolatis patulis; theca cernua in pedunculo praelongo: operculo conico. Hedwig *stirp. 1. fasc. 3. pag. 56.*

*Mnium triquetrum* foliis trifariis patulis, subulato-lanceolatis carinatis, *Lin. spec.* II. p. 1578. (exclusis synonymis ac varietatibus.) *Pollich pal.* 3. p. 70. (optima descriptio, ast synonyma falsa.)

In turfosis humidis, *in der Jungfernheide* haud procul venatorem *Philipp* frequens, & prope *Spandau* passim. Majo. Junio.

982. *MEESIA uliginosa* furculo subsimplici, foliis oblongo lanceolatis obtusis; thecis obliquis pyriformibus: operculis conicis umbilicatis.

*Meesia uliginosa* foliis lineari ligulatis, obtusis, capsula pyriformi cernua. *Hedwig stirp.* I. fasc. 1. p. 1. t. 1 & 2.

*Bryum trichodes* antheris erectiusculis: ore ciliato absque annulo, pedunculo longissimo. *Lin. syst. ed. R.* 4. p. 478.

*In der Jungfernheide* rarius. Majo.

983. *MEESIA nutans* furculo subramoso, foliis ovatis acutis; thecis pyriformibus nutantibus: operculo convexo.

*Mnium triquetrum*  $\gamma$ . *Lin. syst. ed. R.* 4. p. 469.

*Bryum triquetrum*  $\gamma$ . *Huds. angl.* 2. p. 491.

*Bryum palustre complicatum* rubens, capsulis turbinatis pendulis. *Dill musc.* 406. t. 51. f. 74.

Cum *Marsilea* natante, & *Leskia marchica* ad *Spandau* in ligno natante putrido. Junio.

## B. HEPATICI.

JUNGERMANNIA. *Lin. gen.* 1313.

♂ — ♀. *Capsula* 4 valvis. *Semina* filo instructa.

\* *Frondebis pinnatis secundis.*

984. JUNGERMANNIA *asplenoides* frondibus simpliciter pinnatis, foliolis ovatis subciliatis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 503.*

*Jungermannia* foliis pinnatis, subrotundis, serratis, apice floriferis. *Hall. helv. n. 1868.*

*Lichenastrum asplenii* facie, pinnis laxioribus. *Dill musc. 482. t. 69. f. 5.*

*In den Papenbergen* rarius.

*Capsulas* nondum vidi.

985. JUNGERMANNIA *lanceolata* frondibus simpliciter pinnatis lanceolatis, apice floriferis, foliolis integerrimis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 504.*

*Jungermannia* foliis pinnatis ovatis confertis, ex apice florifera. *Hall. helv. n. 1871.*

*Lichenastrum trichomanis* facie minus, ab extremitate florens. *Dill musc. 486. t. 70. f. 10. e.*

*In fossis exsiccatis in der Jungfernheide & versus Tegel* passim. Vere.

986. JUNGERMANNIA *bidentata* frondibus simpliciter pinnatis, foliis bidentatis; capsulis terminalibus.

*Jungermannia bidentata* frondibus simpliciter pinnatis apice floriferis, foliolis bidentatis.

*Lin. syst. ed. R. 4. p. 505.*

*Jungermannia bidentata* furculis procumbentibus ramosis, apice floriferis, foliis ovatis bicuspidatis, stipulis lanceolatis quadridentatis. *Schreb. spicil.* 104. n. 1081.

*Im Thiergarten, Jungfernheide & alibi in fossis exsiccatis frequens.*

987. *JUNGERMANNIA bicuspidata* frondibus simpliciter pinnatis, foliis bicuspidatis, medio capsuliferis.

*Jungermannia bicuspidata* frondibus simpliciter pinnatis medio floriferis, foliolis bidentatis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 505.*

*Jungermannia bicuspidata* furculo procumbente, foliis distichis quadratis bidentatis, stipulis nullis. *Schreb. spicil.* 105. n. 1082.

*Cum praecedenti in fossis frequens.*

*\*\* Frondibus imbricatis.*

988. *JUNGERMANNIA complanata* furculis repentibus: foliis inferne auriculatis duplicato imbricatis, ramis aequalibus. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 509.*

*Jungermannia complanata* furculo reptante, foliis subrotundis serie duplici ordinatis, subtus appendiculatis; vaginis ramorum plano truncatis. *Necker method.* 142. n. 21.

*In fagorum truncis im Thiergarten, & alibi frequens. Hyeme & vere.*

989. *JUNGERMANNIA dilatata* furculis repentibus foliis inferne auriculatis duplicato im-

bricatis, ramis apice latioribus. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 509.*

*Jungermannia dilatata* furculo reptante imbricato, foliis serie duplici orbiculatis: ramorum apice latiusculo. *Necker method. 140. n. 19.*

In arboribus iunioribus *im Thiergarten* & alibi copiose. Vere.

990. *JUNGERMANNIA tamariscifolia* furculis decompositis apice floriferis, foliis subrotundis subtus auriculatis, stipulis ovatis emarginatis. *Schreb. spicil. 108. n. 1086.*

*Jungermannia tamarisci* foliis imbricatis serie duplici: superioribus subrotundis convexis obtusis quadruplo-majoribus. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 510.*

In fagorum truncis passim. Vere.

991. *JUNGERMANNIA platiphylla* furculis procumbentibus subtus imbricatis, foliis cordatis acutis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 510.*

*Jungermannia platiphylla* furculo decumbente imbricato, appendicibus subtus ordine duplici cordatis acutis. *Necker method. 142. n. 22.*

In fagorum truncis *im Thiergarten* & prope *Spandau* rarius.

In hac & praecedenti specie capsulas haud vidi.

992. *JUNGERMANNIA pulcherrima* furculis erectiusculis confertis, foliis ovatis imbricatis subbifidis ciliatis. *Lin. jun. Diff. Method. musc.*

*Jungermannia pulcherrima* furculis erectiusculis,  
foliis duplicato imbricatis inferne auriculatis,  
ciliatis: ciliis articulatis. *Weber spicil. fl. goett.*  
214.

*Lichenastrum scorpioides pulchrum villosum.*  
*Dill. musc. 811. t. 69. f. 3. (non optima.)*  
*In der Jungfernheide* inter muscos, praecipue  
inter *Dicranum scoparium* passim,  
Nondum capsulas observavi.

\*\*\* *Acaules frondibus simplicibus.*

993. *JUNGERMANNIA epiphylla* acaulis, foliolo  
frondi innato. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 513.*

*Jungermannia epiphylla* sublobata apice latior  
capitulo globofo: primordialibus frondosis  
obtusissimis marginalibus. *Necker method.*  
127. n. 2.

*Im Grunewald & Jungfernheide* in fossis umbrosis  
subhumidis frequens. Aprili. Majo.

994. *JUNGERMANNIA pinguis* acaulis, fronde  
oblonga sinuata pinguis. *Lin. syst. ed. R. 4.*  
P. 513.

*Jungermannia foliosa lacera*, ex oris florifera.  
*Hall. helv. n. 1884.*

*Jungermannia pinguis* sinuata, obtusiuscula ex  
lateribus capitulifera: primordialibus convo-  
lutis linearibus frondosis. *Necker method.*  
126. n. 1.

Cum praecedenti in fossis, ast rarius, semper  
absque capsulis.



995. *Jungermannia furcata* acaulis, fronde lineari ramosa: extremitatibus furcatis obtusifusculis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 514.*

*Jungermannia* foliis linearibus dichotomis, inferne florifera. *Hall. helv. 1885.*

*Jungermannia furcata* lineari-ramosa, dichotoma basi capitulifera: primordialibus frondosis terminalibus. *Necker method. p. 128. n. 3.*

In fossis subudis inque arborum truncis *in der Jungfernheide* passim.

Semper absque capsulis vidi.

MARCHANTIA. *Lin. gen. 1315.*

♂ — ♀. *Receptaculum* peltatum inferne feminiferum. *Cyathi* vivipari.

996. *MARCHANTIA polymorpha* foliis obtuse lobatis; receptaculis planis, orbiculatis.

*Marchantia polymorpha* calyce communi decemfido. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 515.*

*a.* Receptaculis decem vel duodecimfidis, laciniis liberis, linearibus.

*Marchantia stellata* pileus laciniatus: laciniis teretiufculis, apice dilatatis, sub quibus globuli pilosi. *Scop. carn. ed. 2. n. 1354.*

Lichenis fontani majoris, & domestici minoris Varietates. *Dill. musc. p. 523. 527. tab. 76. fig. 6. E. F. Tab. 77. fig. 7. B. C. E.*

*b.* Receptaculis decemfidis, laciniis conjunctis, oblongis, obtusis.

*Marchantia umbellata* pileus planus, crenulatus, sub quo globuli imberbes. *Scop. carn. ed. 2. n. 1355.*

Lichenis fontani majoris, & domestici minoris  
Varietates umbellatae. *Dill. musc. 523. 527. tab. 76. fig. 6. A. B. C. D. tab. 77. fig. 7. A. D.*  
*Im Thiergarten, Jungfernheide, Grunewald, prope Tegel & alibi, in fossis humidis umbrosis copiose. Hyeme & vere.*

*Celeber. Scopoli* varietates nostras  $\alpha$  &  $\beta$ . distinguit, sed ut videtur una in alteram sensim transeit.

## ALGAE.

## a. Terrestres.

RICCIA. *Lin. gen. 1317.*

♂ — ♀. *Capsulae* subrotundae in superficie frondis.

997. RICCIA *crystallina* frondibus superficie papillofis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 519.*

Riccia fronde reticulata aequabili, lobis denticulatis, obtusis, simplicibus, & cordatis. *Hall. helv. n. 1896.*

Lichen palustris, rutae folio. *Dill. musc. 355. t. 78. f. 12.*

Locis humidis in via versus *Pancko* passim. Vere.

998. RICCIA *glauca* frondibus glabris canaliculis bilobis obtusis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 520.*

*Riccia fronde sulco divisa, lobis bifurcatis, lobulis lanceolatis obtusis. Hall, helv. 1897.*

Lichen minimus, foliis venosis bifariam, vel trifariam dividendo progredientibus. *Dill, musc. 533. t. 78. f. 10.*

*In der Jungfernheide versus Tegel rarius. Autumno.*

999. *RICCIA fluitans* frondibus dichotomis lineari-filiformibus. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 520.*

*Riccia fluitans* fronde dichotoma lineari-ramosa, plana: primordialibus obtusis. *Necker method. 41. n. 1.*

Lichenastrum aquaticum fluitans tenuifolium furcatum. *Dill, musc. 231. t. 74. f. 47.*

Prope *Tegel* in palude *bei der Schencke* frequens. Vere & autumno.

ANTHOCEROS. *Lin. gen. 1318.*

♂—♀. *Capsula* linearis bivalvis. *Semina* dissepimento adhaerentia.

1000. *ANTHOCEROS punctatus* frondibus sinuatis, crispis punctatis.

*Anthoceros punctatus* frondibus indivisis sinuatis punctatis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 521.*

*Anthoceros* foliis minoribus, magis laciniatis. *Dill, musc. 476. t. 68. f. 1.*

In fossis umbrosis *im Thiergarten* passim. Martio.

1001. *ANTHOCEROS laevis* frondibus sinuatis laevibus

*Anthoceros laevis* frondibus indivisis sinuatis laevibus. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 522.*

*Anthoceros laevis* fronde sinuata integra obtusa, *Necker method. 44. n. 3.*

*Anthoceros* foliis majoribus, minus laciniatis. *Dill. musc. 476. t. 68. f. 2.*

Cum praecedenti eodem tempore.

## PELTIGERA.

*Receptaculum* feminum oblongum peltiforme.

1002. PELTIGERA *aphtosa* fronde obtuse lobata, superne verrucosa, inferne alba villosa.

*Lichen aphtosus* coriaceus repens lobatus obtusus planus, verrucis sparsis, pelta marginali adscendente. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 544.*

*Lichen aphtosus* fronde lobata repente supra verrucata: peltis oblongis marginalibus adscendentibus. *Necker method. 80. n. 46.*

*In der Jungfernheide* rarius. Hyeme.

1003. PELTIGERA *canina* fronde obtuse lobata, subtus venoso-villosa, peltis oblongis adscendentibus.

*Lichen caninus* coriaceus repens lobatus, obtusus planus subtus venosus villosus, pelta marginali adscendente. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 535.*

α. *Lichen caninus* fronde simplici obtusa sinuato-lobata, subtus venoso-villosa: peltis ovalibus adscendentibus. *Necker method. 79. n. 44.*

$\beta$ . *Lichen rufescens* fronde lobata obtusa, aenea margine sinuata subtus villosa, peltis subrotundis. *Necker method.* 79. n. 45.

*Im Thiergarten, Jungfernheide, Grunewald & alibi copiose.  $\alpha$ . rarius. Hyeme.*

*Offic. Musci canini herba.*

$\alpha$ . superne venosa;  $\beta$ . vero absque venis superne est. Num specie differunt?

LICHEN. *Lin. gen.* 1319.

*Receptaculum* feminum subrotundum subconvexum, saepius marginatum, scutiforme.

\* *Crustacei.*

1004. LICHEN *aurantiacus* leporosus, albido-cinereus, scutellis aurantiacis. *Hoffmann lich.* n. 55. *Lightfoot scot.* 2. p. 810. n. 19.

In sepibus, truncisque arborum, praecipue *Populi tremulae*. Passim omni tempore.

Crusta in nostro vix conspicua cinerea.

1005. LICHEN *subfuscus* crustaceus albicans, scutellis subfuscis: margine cinereo subcrenato. *Hoffmann lich.* 51. n. 67. t. 5. f. 3. *Lin. spec. pl.* 2. p. 1601.

$\beta$ . minor crusta subcinerea, scutellae margine albo integerrimo. *Hoff. l. c.*

$\gamma$ . crusta cinerea scutellae lutescens tenuissime marginatae. *Ibid. l. c.*

In truncis fagorum *im Thiergarten, Falkenhagen & alibi frequens. Omni tempore.*

1006. *LICHEN ater* crustaceus albicans rugofus, scutellis atris margine albo subcrenato. *Huds. angl. ed. 2. p. 530. n. 32. Hoffmann lich. n. 68.*

*Lichen subfuscus* crustaceus albicans, scutellis nigris: iunioribus arceolatis cavis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 530.*

In fagorum cortice, inque lapidibus magnis passim. Omni tempore.

1007. *LICHEN pallescens* crustaceus albicans, scutellis pallidis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 529.*

In arborum cortice praecipue salicum copiose.

Crusta grisea tenuissima. Scutellae juniores convexae virides, postea pallide flavescentes, denique fuscae planae. *Celeber. Schreber* hanc speciem cum *murali* suo conjungit, a quo tamen longe diversus. In *L. murali* crusta semper margine foliacea est, ast in hac specie nunquam foliola marginalia observantur. Longissime ab illo differt *Lichen pallidus & pallescens Hoffmanni.*

1008. *LICHEN angulosus* crustaceus albidus, scutellis confertis albidis in tubercula demum abeuntibus. *Schreb. spicil. 136. n. 1137.*

In arborum cortice frequens.

Scutellae admodum confertae, ut mutua pressione angulosae videantur,

1009. *LICHEN androgynis* crustaceus albicans, tuberculis pulverulentis, scutellis pallidis: mar-

gine albo, crenulato-pulverulento. *Hoffmann lich. n. 70. t. 7. fig. 3.*

In arborum truncis *in den Papenberggen & prope Falkenhagen* rarius. Hyeme.

Crusta obscure grisea tuberculis & scutellis obfita. Tubercula subpedunculata albidocinerea pulverulenta. Scutellae spadiceae margine griseo crenulato, juniores margine crassiore integro.

\*\* *Crustacei imbricati.*

1010. LICHEN *candelarius* crustaceus flavus, scutellis luteis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 528. Hoffmann lich. n. 72. t. 9. f. 3.*

*Lichen fulvus* fronde subrotunda: germinante asperiuscula, primordialibus nudis crustaceo-pulverulentis. *Necker method. 51. n. 12.*

In tectis, muris antiquis, lapidibus, sepibusque frequens.

1011. LICHEN *muralis* imbricatus flavo-virescens, scutellis concoloribus demum lutescentibus: margine pallido. *Schreb. spicil. 130. n. 126. Hoffmann lich. n. 81. t. 11. f. 1.*

In asseribus, trabibus, tectis, tegulis, lapidibusque copiose.

Interdum crusta marginalis foliacea evanescit, & tunc *Lich. pallescenti* simillimus, verumtamen figura orbiculari facillime distingendus.

1012. LICHEN *granosus* imbricatus: foliolis oblongis lobatis, incis. cinereis laevibus. scu-

tellis nigris margine crenulato. *Schreb. spicil.*  
128. n. 1122.

In falicibus aliisque arboribus ad *Spandau* passim.  
Scutellae in disco confertae, & acervatae, junio-  
res margine tumido, adultiores margine cre-  
nato, granulae griseae saepius inter illas, in-  
terdumque in margine scutellarum ipso ob-  
servantur.

1013. LICHEN *crispus* imbricatus; foliis lobatis  
truncatis crenatis atro viridibus, scutellis con-  
coloribus. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 533.*

*Lichen crispus* gelatinosus, foliis imbricatis loba-  
tis truncatis crenatis atroviridibus, scutellis  
crenulatis. *Schreb. spicil. 127. n. 1121.*

*Lichen murorum* fronde imbricata: frondulis ex-  
timis latioribus obtuse crenatis, scutellis con-  
coloribus. *Necker method. 85. n. 53.*

Locis nudis circum quercus magnas in *der Jung-  
fernheide* rarius. Hyeme & vere.

Madidus gelatinosus est, ficcus vero calcarens.  
Scutellae badiae.

\*\*\* *Imbricati foliacei.*

1014. LICHEN *stellaris* imbricatus: foliolis ob-  
longis laciniatis angustis cinereis. *Lin. syst. ed.*  
*R. 4. p. 535.*

β. laciniis angustioribus scutellis cinerascens.

γ. pulverulentus.

In arborum truncis ramisque, & asseribus fre-  
quens. Hyeme.



1015. LICHEN *pulverulentus imbricatus*; foliolis lobatis crenatis obtusis viridibus, polline confersis, scutellis nigris margine crenatis. *Screb. spicil.* 128. n. 1123.

In truncis arborum praecipue salicum inque sepibus frequens.

*Celebr. Hoffmann* cum *L. omphalode* perperam conjunxit.

Scutellae nigrae pulvere griseo tectae, margo crenulatus pulverulentus.

1016. LICHEN *centrifugus imbricatus*, foliolis obsolete multifidis laevibus albidis centrifugis, scutellis rufo fuscis. *Lin. syst. ed. R. 4.* p. 531. *Hoffmann lich.* n. 95. t. 10. f. 3.

*Lichen centrifugus* fronde germinante pulverulenta, subrotunda subtus villosa-atra: frondulis interioribus centrifugis. *Necker method.* 99. n. 67.

β. fronde pulverulenta viridi.

In lapidibus terminalibus majoribus *hinter Spandau* rarius.

1017. LICHEN *caperatus* pallide viridis, rugosus, margine undulatus. *Lin. syst. ed. R. 4.* p. 342.

*Lichen caperatus* fronde juniore supra rugosiuscula: germinante pulverulenta, frondulis extremis laevibus, latioribus obtusis. *Necker method.* 95. n. 64.

In truncis quercuum *im Thiergarten* & alibi passim. Vere.

Scutellas rarissime observavi, semel unicam vidi, color illius erat spadiceus, ceterum iis praecedentis speciei similis.

1018. *LICHEN quercinus* frondibus obtuse lobatis glaucis glabris; scutellis badiis margine crenato.

Sub ramulis quercuum annosarum *im Thiergarten* & prope *Tegel* rarius. Hyeme & vere.

Frons oblonga, subimbricata, glabra, albogrisea, vel glauca, plana, ligno arte adpressa, lobi bifidi obtusissimi & brevissimi; frons subtus nigerrimis atque brevissimis radiculis dense obsita. Scutellae in disco frequentes, ad marginem versus parviores, badiae planae, marginatae, orenatae. **TAB. VII. fig. 13.**

Non confundendus cum *Lichene querno Dicksoni*. Similis *Licheni Burgessii* a quo differt:

- 1) scutellis sessilibus nudis.
- 2) fronde adpressa adiaphana.

a *Lichene saxatili* differt:

- 1) fronde adpressa, nec lacunosa.
- 2) margine scutellarum crenato.

1019. *LICHEN saxatilis* imbricatus, foliolis sinuatis scabris lacunosis, scutellis badiis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 572.*

*Lichen saxatilis* fronde lacunata laevi scutellifera: germinante asperiuscula, primordialibus pulverulentis. *Necker method. 90. n. 59.*

Lichenoides vulgatissimum cinereo-glaucum lacunosum & cirrhosum. *Dill. musc. 188. t. 24. f. 83.*

In arboribus copiosissime, rarius in lapidibus.  
Scutellae rarissime reperiuntur.

1020. *LICHEN physodes imbricatus*, laciniis angustis apice inflatis; scutellis pedicellatis.

*Lichen physodes imbricatus*: laciniis subinflatis.

*Lin. syst. ed. R. 4. p. 534.*

*Lichen physodes* fronde scutellifera laevi: frondulis subtubulosis apice dilatiusculis fariniferis.

*Necker method. 91. n. 60.*

*Lichen laciniatus*  $\beta$ . *physodes*. *Weiss. crypt. 57.*

In arborum truncis frequens. *Hyeme.*

Diversissimus a praecedenti:

1) laciniis apice inflatis.

2) scutellis pedicellatis, quae in praecedenti sessiles.

1021. *LICHEN parietinus imbricatus*, foliis crispis fulvis, peltis concoloribus fulvis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 534.*

*Lichen* fronde rugosa, rotunde lobata, flava concolore. *Hall. helv. n. 2021.*

In arborum truncis, sepibusque copiosissime.

1022. *LICHEN olivaceus imbricatus*, foliolis lobatis nitidis olivaceis, scutellis crenatis. *Schreb. spicil. 131. n. 1128.*

*Lichen olivaceus imbricatus*: foliolis lobatis nitidis lividis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 530.*

*Lichenoides olivaceum*, scutellis amplioribus verrucosis. *Dill. musc. 184. t. 24. f. 78.*

$\beta$ . *pulverulentus.*

In arboribus passim.

1023. *LICHEN pullus* imbricatus, foliolis lobatis olivaceis, scutellis integerrimis. *Schreb. spicil.* 131. n. 1127.

*Lichen pullus* fronde laevi scutellifera: germi-  
nante distorta, primordialibus granulosis.  
*Necker method.* 94. n. 63.

*Lichenoides olivaceum* scutellis laevibus. *Dill.*  
*musc.* 182. t. 24. f. 77.

In ramulis arborum frequens. Hyeme.

Ab hac specie satis diversi sunt: *Lichen pullus*  
*Jacq. musc.* v. 2. t. 9. f. 3. & *Lichen pullus*  
*Lichtfoot scot.* v. 2. p. 825. n. 37.

1024. *LICHEN hispidus* foliaceus laciniatus albi-  
dus: laciniis apice obtusis inflatis, ciliatis;  
scutellis nigris sessilibus.

*Lichen hispidus* foliaceus laciniatus albus: laciniis  
adscendentibus obtusis pilosis, scutellis sessili-  
bus. *Schreb. spicil.* 126. n. 1120.

*Lichen terellus.* *Scop. carn. ed.* 2. n. 1406.

*Lichen ciliaris*  $\beta$ . *albidus.* *Weiss. crypt.* 63.

In truncis arborum, fruticum, inque sepibus  
asseribus, trabibusque frequens. Hyeme.

Apices foliorum semper tumidi pulverulenti ci-  
liati. Variat ciliis albis & nigris. Scutellae  
nigrae margine integro griseo.

\*\*\*\* *Foliacei erecti.*

1025. *LICHEN ciliaris* foliaceus erectiusculus: la-  
ciniis linearibus ciliatis, scutellis pedunculatis  
crenatis. *Lin. syst. ed. R.* 4. p. 535.

In arboribus copiose,

1026. *LICHEN glaucus* foliaceus depresso glaber: margine crispo farinaceo. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 542.*

*Lichen glaucus* fronde laciniata, nitida, margine crispo-farinosa subtus atra: punctis scutelliformibus brunneis. *Necker method. 100. n. 69.*

*Lichenoides endiviae* foliis crispis & splendentibus. *Dill. musc. 192. t. 25. f. 96.*

In betularum truncis rarius.

1027. *LICHEN fraxineus* foliaceus erectus oblongus lanceolatus sublaciniatus lacunofus glaber, scutellis subpedunculatis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 540.*

*Lichen fraxineus* fronde oblonga, erecta utrinque lacunata scutellataque: scutellis sessilibus & stipitatis. *Necker method. 105. n. 75.*

In arboribus, praesertim falicibus copiose.

1028. *LICHEN calicaris* foliaceus erectus ramosus lacunofus glaber, scutellis terminalibus, apicibus reflexis corniculatis.

*Lichen calicaris* foliaceus erectus linearis ramosus lacunofus convexus mucronatus. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 539.*

*Lichen rostratus mas.* *Scop. carn. ed. 2. n. 1382.*

In arborum truncis passim.

Variat frondibus minoribus tenuissimis subtus albicantibus, sed facile scutellis albidis planis a *Lichene prunastri* distingendus.

1029. *LICHEN farinaceus* foliaceus erectus compressus ramosus: verrucis marginalibus farinosis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 539.*

*Lichen lacunofus*, complanatus, ramis acutissimis, orbiculis farinosis marginalibus frequentissimis. *Hall. helv. n. 1981. Lichen rostratus femina. Scop. carn. ed. 2. n. 1382.*

In pinibus aliisque arboribus frequens.

Nunquam scutellas vidi, semper tubercula farinosa ad latera frondis observavi. *Celeber. Scopoli* non male cum praecedenti conjunxit.

1030. *LICHEN prunastri* foliaceus erectus laciniatus, subtus candidus; scutellis fuscis concavis.

*Lichen prunastri* foliaceus erectiusculus lacunofus: subtus tomentosus albus. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 541.*

β. margine albo verrucoso.

In arboribus copiose. Vere.

Rarius scutellas vidi.

1031. *LICHEN furfuraceus* foliaceus erectus, laciniatus, subtus niger pulverulentus, apicibus abidis; scutellis fuscis concavis.

*Lichen furfuraceus* foliaceus decumbens furfuraceus: laciniis acutis subtus lacunofis atris. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 538.*

*Lichen cornubus* planiusculis ovatis, superne farinosis, inferne atris & reticulatis, *Hall. helv. n. 1976.*

β. totus pulverulentus.

In arboribus frequens, rarius cum scutellis. Vere & autumnno.

Aetate ex toto pulverulentus fit, & apices albescunt.

1032. LICHEN *pulmonarius* foliaceus laciniatus obtusus glaber; supra lacunofus: subtus tomentosus. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 537.*

*Lichen pulmonarius* foliaceus, laciniatus, repens supra reticulato-lacunofus; scutellis sparsis. *Scop. carn. 1. p. 101. n. 32. ed. 2. n. 1392.*

*Im Thiergarten & prope Tegel passim, in den Papenbergen* frequens.

*Offic. Pulmonariae arboreae Herba.*

\*\*\*\*\* *Umbilicati.*

1033. LICHEN *carneus* umbilicatus laevis, superne carneus lacunofus, inferne niger.

Sub annofarum quercuum ramulis *im Thiergarten*, prope *Tegel & in den Papenbergen* passim. Hyeme & vere.

Uberiorem descriptionem dedi *in den Beschaeftigungen der Berliner Gesellschaft Naturforsch. Freunde 7 Theil* cum inconc.

Scutellas nondum vidi, sed tubercula ut in aliis umbilicatis observavi.

Aqua conspersus gelatinofus fit, & colorem fuscum induit.

\*\*\*\*\* *Filamentosi.*

1034. LICHEN *plicatus* filamentofus pendulus, ramis implexis, scutellis radiatis. *Lin. syst. ed.*

*R. 4. p. 558.*

*Usnea vulgaris*, loris longis implexis. *Dill. musc.*  
56. t. II. f. I.

*In den Papenberggen & Briselang* passim, absque  
scutellis.

1035. *LICHEN floridus* filamentosus ramosus  
erectus, scutellis radiatis. *Lin. syst. ed. R. 4.*  
p. 561.

*Lichen floridus* fronde ramosa erecta tereti solidâ  
apice scutellifera: scutellis ciliatis. *Necker me-*  
*thod.* 69. n. 27.

α. *Lichen hirtus* filamentosus ramosissimus erec-  
tus, tuberculis farinaceis sparsis. *Lin. syst. ed.*  
*R. 4.* p. 560.

*Lichen hirtus* fronde ramosissima laevi verruco-  
sava tereti: verrucis farinaceis congestis spar-  
sisque. *Necker method.* 69. n. 28.

Variet. α *im Grunewald*, prope *Tegel* & *in den*  
*Papenberggen* frequens. β. *in pinibus* sepibus-  
que copiose.

*Offic. (Usneae carni humani Herba.)*

1036. *LICHEN jubatus* filamentosus: axillis com-  
pressis. *Lin. syst. ed. R. 4.* p. 559.

*Lichen barbatus*, pendulus, filamentis nigris  
prolixis. *Hall. helv.* 1968.

*Usnea jubata nigricans.* *Dill. musc.* 64. t. 12. f. 7.  
*In pinibus laricibusque im Thiergarten & in der*  
*Jungfernheide* passim. Vere,

*Sentellae miutissimae nudae.*



1037. LICHEN *chalybeiformis* filamentofus ramo-  
sus divaricatus decumbens implicato-flexuo-  
sus. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 560.*

Lichen fruticosus diffusus, caulibus vagis, flexuo-  
sis, rigidis, teretibus. *Hall. helv. 1969.*

Usnea rigida horfum vorfum extensa. *Dill.  
musc. 66. t. 13. f. 10.*

In arborum truncis in der Jungfernheide & Gru-  
newald passim.

1038. LICHEN *hippotrichodes* filamentofus teres  
niger apice divisus.

Lichen *hippotrichodes* teres capillaris, niger, sub-  
simplex, extremitatibus divisus. *Weber spicil.  
232. n. 266.*

Lichen *setosus* filamentofus simplex subcompressus  
nigricans, tuberculis globosis acuminatis atris.  
*Leyss. halens. 1171.*

Locis depressis im Thiergarten, Jungfernheide in  
Pinuum foliis dejectis copiose.

Tubercula nondum vidi.

1039. LICHEN *radiciformis* filamentofus, teres,  
ramosissimus, glaber, radiciformis. *Lin. jun.  
Diss. method. musc. illust. 37.*

Lichen *radiciformis* longissimus ex fusco nigri-  
cans glaber radiciformis. *Weber spicil. 282.  
n. 267.*

a. ramis teretibus.

β. ramis planis.

Sub falicum aliorumque arborum cortice putref-

1040. *LICHEN subterraneus* filamentosus, ramosus, teres, albidus, versus basin lutescens, & ubi adhaeret rubro fucatus. *Beschaestig. der Berl. Gesellschaft Naturf. Freunde. 6. Band. p. 156. t. 1. f. 2.*

Infra terram, praecipue solo arenoso, in Glosfatarum (Lepidopterorum) chrysalidibus putrescentibus. Vere.

Difficile dictu an Lichen, an forsan Byssi species? Num *Byssus radiciformis Scopoli* idem? certe simillimus.

Huic generi omnes Lichenes *Linnei* scutelliferi adnumerantur.

CLADONIA. *Wiggers primit. 90.*

*Receptaculum* feminum in tuberculum elevatum.

*Corpus* fistulosum, saepius ramosum.

\* *Scyphiferae.*

1041. *CLADONIA coccifera* scyphifera simplex tuberculis coccineis.

α. *Lichen cocciferus* scyphifer simplex integerrimus, stipite cylindrico, tuberculis coccineis.

*Lin. syst. ed. R. 4. p. 550.*

Coralloides scyphiforme, tuberculis coccineis.

*Dill musc. 82. t. 14. f. 7.*

β. *Lichen cornucopioides* scyphifer simplex folio brevior, tuberculis coccineis. *Lin. syst. ed. R.*

*4. p. 951.*

Coralloides scyphiforme: marginibus radiatis

& foliatis. *Dill musc. 82. t. 14. f. 7.*

*Im Thiergarten, Jungfernheide, Grunewald & alibi frequens. Hyeme & vere.*

*Offic. (Musci pyxidati herba. s. Herba ignis.)*

1042. CLADONIA *polymorpha* scyphifera subsimplex, tuberculis fuscis.

α. *Lichen pyxidatus* scyphifer simplex crenulatus, tuberculis fuscis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 551.*

Coralloides scyphiforme, tuberculis fuscis. *Dill. musc. 79. t. 14. f. 6. A. B. C.*

β. *Lichen pyxidatus prolifer.* β. caule simplici, calyce turbinato: centro simpliciter prolifero. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 552.*

Coralloides scyphiforme tuberculis fuscis. *Dill. musc. 79. t. 14. f. 6. D. F. G. H. I. L. M.*

γ. *Lichen fimbriatus* scyphifer simplex denticulatus, stipite cylindrico. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 552.*

Coralloides scyphiforme gracile, marginibus serratis. *Dill. musc. 84. t. 14. f. 8. 9.*

δ. *Lichen cornutus* scyphifer simpliciusculus subventricosus, calycibus integris. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 553.*

Coralloides vix ramosum, scyphis obscuris. *Dill. musc. 90. t. 15. f. 14.*

*In der Jungfernheide, Thiergarten, Hasenheide, Grunewalde &c. copiose. Vere, hyeme & autumno.*

1043. CLADONIA *radiata* scyphifera subramosa,

*Lichen radiatus* scyphifer subramosus, cylindraceus, elongatus, scyphis inaequaliter dentatis radiatisque. *Schreb. spicil.* 122. n. 1114.

Coralloides scyphiforme cornutum. *Dill. musc.* 92. t. 15. f. 16.

*Im Grunewald & Jungfernheide* passim. Vere.

Rarissime tubercula vidi.

1044. CLADONIA *foliacea* scyphifera: scyphis simplicibus, foliis multifidis, subtus candidis.

*Lichen foliaceus* foliis ascendentibus multifidolaciniatis, subtus niveis scyphiferis: scyphulis conicis brevissimis. *Schreb. spicil.* 122. n. 1115.

*Lichen foliaceus* foliis suberectis laciniatis crispis scyphiferis, scyphis brevissimis conicis. *Huds. angl. ed.* 1. p. 457. n. 62.

*Lichen pyxidatus*  $\delta$ . *foliaceus*. *Huds. angl. ed.* 2. p. 552. n. 86.

*In der Jungfernheide, Hasenheide, inque collibus arenosis ad Schoeneberg, inter Pancko & Gesundbrunnen* alibique passim. Vere.

Tubercula nondum observavi. Folia semper subtus candida, scyphi simplicissimi minuti.

1045. CLADONIA *gracilis* scyphifera dichotomoramosa, tuberculis fuscis.

*Lichen gracilis* scyphifer ramosus denticulatus filiformis. *Lin. syst. ed. R.* 4. p. 553.

Coralloides scyphiforme ferratum elatius, caulibus gracilibus glabris. *Dill. musc.* 88. t. 14. f. 13.

*In der Jungfernheide* rarius. Vere.

\*\* *Fruticulosae.*

1046. *CLADONIA rangiferina* fruticulosa, ramosissima glauca, ramulis nutantibus.

*Lichen rangiferinus* fruticulosus perforatus ramosissimus, ramulis nutantibus. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 554. β. sylvaticus.*

In sylvis arenosis e. g. im Thiergarten, Hasenheide, Grunewald, Jungfernheide &c. copiose. Vere.

1047. *CLADONIA uncialis* fruticulosa, virescens dichotomo-ramosa, apicibus acutis.

*Lichen uncialis* fruticulosus perforatus, ramulis brevissimis acutis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 555.*

Coralloides perforatum minus molle & tenue. *Dill. musc. 99. t. 16. f. 22.*

Inter praecedentem frequens. Vere.

1048. *CLADONIA aculeata* fruticulosa, fusca, compressa, ramosissima, diffusa, aculeata.

*Lichen aculeatus* foliaceus diffusus compressus ramosissimus; ramulis furcatis spinulosis. *Schreb. spicil. 125. n. 1119.*

Coralloides fruticuli specie fuscum spinosum. *Dill. musc. 112. t. 17. f. 31.*

In der Jungfernheide, Hasenheide, inque collibus arenosis ad Schoeneberg frequens.

Semper absque tuberculis.

1049. *CLADONIA paschalis* fruticulosa ramosa, crusta obducta, tuberculis fuscis.

*Lichen paschalis* fruticulosus solidus rectus foliolis crustaceis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 557.*

Coralloides crispum & botryoides alpinum. *Dill. musc.* 114. t. 17. f. 33.

In collibus arenosis ad *Schoeneberg* passim, in *Grunewald* frequens.

1050. CLADONIA *subulata* fruticulosa ramosa apicibus simplicibus subulatis.

*Lichen subulatus* fruticulosus sudichotomus, ramis simplicibus subulatis. *Lin. syst. ed. R. 4.* p. 556.

Coralloides corniculis longioribus & rarioribus. *Dill. musc.* 102. t. 16. f. 26.

In der *Jungfernheide* & *Grunewald* passim.

1051. CLADONIA *botrytes* fruticulosa, subramosa, tuberculis terminalibus sphaericis flavo-brunneis maximis.

*Lichen botrytes* subramosus, ramulis fungulo luteo-fuscescente terminantibus. *Hagen lich.* 121. n. 64. t. 2. f. 9.

In den *Papenberg* rarius. Hyeme.

Fere omnium elegantissima tuberculis maximis. Variat stipite simplici ac ramoso, altitudine sesquiunciali ad uncialem, immo semiuncialem usque.

VERRUCARIA. *Wiggers.*

*Receptaculum* feminum elevatum verruciforme.

\* *Stipitatae.*

1052. VERRUCARIA *Beomyces* crusta glauco-virescens tuberculis carneis stipitatis

*Lichen Beomyces leporofus albicans*, tuberculis stipitatis carneis. *Lin. suppl. pl.* 450. *Hoffmann lich.* 45. t. 8. f. 3.

*In der Jungfernheide & Grunewald* passim. *Hyme. Vere.*

1053. *VERRUCARIA fungiformis* crusta glaucovirescens, tuberculis fuscis stipitatis.

*Lichen fungiformis* crusta e glauco virescens; tuberculis stipitatis constanter fuscis. *Weber spicil.* 196. n. 252. *Hoffmann lich.* n. 46. tab. 8. fig. 2.

*In der Jungfernheide* rarius. *Vere.*

Tubercula multo minora sphaerica, quae in praecedenti planiora.

\*\* *Sessiles.*

1054. *VERRUCARIA Icmadophila* crusta glaucovirescens, tuberculis planis carneis sessilibus.

*Lichen Icmadophila leporofus cinereus*, tuberculis sessilibus planis carneis. *Lin. suppl. pl.* 450.

*In der Jungfernheide* rarius. *Vere.*

Tubercula interdum brevissime stipitata.

1055. *VERRUCARIA Elveloides* crusta virescens, tuberculis convexis, aetate concavis.

*Lichen elveloides* crustaceus glauco virescens, tuberculis sessilibus, planis, adultioribus undulatis. *Weber spicil.* 186. n. 243.

α. tuberculis aurantiacis.

β. tuberculis rubicundis.

In falicum truncis ad *Spandau* rarius: Autumno. Diversissima a praecedenti tuberculis minoribus aetate concavis. Ad terram istam hic nondum observavi, sed in rupibus terra tectis in *Thuringia* tuberculis paullo majoribus fuscescentibus hanc speciem saepius vidi. Crusta semper tenuissima, in arboribus laete virens, ad terram glauco-virescens.

1056. VERRUCARIA *sanguinea* cinereo-virescens, tuberculis atris.

*Lichen sanguinarius* leporosus cinereo-virescens, tuberculis atris. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 525.*

*a.* *Lichen limitatus* crusta glauca aut cinereo-virens; linea marginali, repanda, nigra. Tubercula plurima nigra. *Scop. carn. ed. 2. n. 1370.*

*β.* crusta vix conspicua, tuberculis nitidis nigris. In arborum cortice copiose, *β.* in lapidibus passim.

Perperam sanguinea dicitur, ob tubercula intus sanguinea.

1057. VERRUCARIA *nigra* crusta atra, tuberculis planis concoloribus.

*Lichen niger* leporosus ater, tuberculis subrotundis concoloribus. *Lin. suppl. pl. 449. Hudf. angl. ed. 2. p. 524. n. 4. Hoffmann lich. n. 26. tab. 3. f. 6. (non optima.)*

In lapidibus coemeteriorum, praecipue in code passim. Vere.



1058. VERRUCARIA *fuscoatra* crusta fusca, tuberculis planis atris.

*Lichen fuscoater* leporofus fuscis, tuberculis atris.

*Lin. syst. ed. R. 4. p. 525.*

In coemeteriorum lapidibus sparsim. Vere.

Crusta grumosa brunneo fusca, tubercula convexa planiuscula atra.

1059. VERRUCARIA *pertusa* crusta albicans, tuberculis impressis atris.

*Lichen pertusus* leporofus: verrucis subteffellatis laevigatis pertusis, poro uno alterove cylindrico.

*Lin. syst. ed. R. 4. p. 524. Hoffmann lich.*

16. n. 18. t. 3. f. 4.

In arborum cortice passim. Hyeme.

Crusta albovirescens, tubercula impressa nigerima.

1060. VERRUCARIA *faginea* crusta albicans, tuberculis planis farinosis concoloribus.

*Lichen fagineus* leporofus albus, tuberculis albis farinaceis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 526.*

β. crusta orbiculari, tuberculis minimis.

γ. crusta grisea tuberculis magnis concavis.

In fagis aliisque arboribus frequens.

1061. VERRUCARIA *tuberculosa* crusta orbicularis cinerea tuberculosa, tuberculis minimis fuscescentibus.

*Lichen tuberculofus* pulverulento crustaceus, verrucosus subcinereus. *Hoffmann lich. p. 9. n. 11.*

t. 2. f. 1.

In arborum truncis *in der Jungfernheide & Papenbergen* rarius.

1062. VERRUCARIA *rugosa* albicans, tuberculis minutissimis, in lineas & punctas confertas, dispositis.

*Lichen rugosus* leporosus albicans, lineolis simplicibus punctisque nigris confertis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 525.*

In fagorum cortice frequens.

Tubercula nudis oculis invisibilia, per lentem vero oblonga videntur. Lineae atrae & punctae confertissimae.

1063. VERRUCARIA *scripta* albicans, tuberculis atris planis linearibus varie flexis.

*Lichen scriptus* leporosus albicans, lineolis nigris ramosis characteriformibus. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 522.*

In truncis fagorum aliarumque arborum frequens.

Lineae atrae (Tubercula) ramosae & varie flexae, adhuc semine farctae convexae sunt, post emissionem vero illius medio fulco exaratae videntur.

1064. VERRUCARIA *hebraica* albicans, tuberculis planis linearibus apice divisis.

*Lichen hebraicus* leporosus albicans, lineolis nigris divaricatis. *Hoffmann lich. 13. n. 15. t. 3. f. 2. e. Lichtfoot scot. 2. p. 800. 1. a.*

In fagis & quercubus passim.

Crusta tenuissima albicans, lineolae apice divisae furciformes. atrae.

1065. *VERRUCARIA pulicaris* albicans tuberculis planis linearibus brevissimis.

*Lichen pulicaris* leporofus albicans lineolis nigris brevissimis simplicibus. *Hoffm. lich.* p. 14. n. 16. t. 3. f. 2. f. *Lichtfoot scot.* 2. p. 801. n. 1. β.

In arborum truncis passim,  
Cruſta albonigricans.

1066. *VERRUCARIA typographica* albicans lineolis planis atris rectis.

In prunorum, ceraſorum juniorum truncis.  
Cruſta oblonga tenuiſſima albovireſcens.

Lineae atrae planae rectae absque ulla flexione.  
TAB. VII. f. 14.

LEPRA. *Wiggers.*

Pulvis ſubtiliſſimus, per lentem a glebis varie formatiſ conſtans.

1067. *LEPRA antiquitatis* pulvis ater.

*Byſſus antiquitatis* pulverulenta atra. *Lin. ſyſt.* ed. R. 4. p. 595.

*Lichen antiquitatis.* *Hoffmann lich.* 1. t. 3. f. 5.  
In muris aſſeribus, ſepibus, tectis ubique fere.

1068. *LEPRA flava* pulvis flavus.

*Lichen flavus* pulverulentus flavus. *Schreb. ſpicil.* 139. n. 1145. *Hoffmann lich.* 2. n. 2. t. 1. f. 4.  
*Byſſus candelaris* pulverulenta flava ligna adnaſcens. *Lin. ſyſt. ed. R.* 4. p. 596.

In ſepibus truncisque arborum abunde.

1069. LEPRA *incana* pulvis incanus.

*Byssus incana* pulverulenta incana, farinae instar strata. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 596.*

*Lichen incanus* pulverulentus albus, glebulis rotundatis. *Schreb. spicil. 139. n. 1147.*

*In der Jungfernheide* ad terram inque fossis passim.

Pulvis post pluvias virescens, sicca vero tempestate albido griseus, aetate paullo flavescens.

1070. LEPRA *lactea* pulvis candidus.

*Byssus lactea* pulverulento-crustacea albissima. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 597.*

*Lichen lacteus* pulverulento-crustaceus, albissimus. *Schreb. spicil. 139. n. 1148.*

In arborum truncis inque muscis frequens. Aetate grisea evadit.

1071. LEPRA *rubens* pulvis ruber.

*Lichen rubens* pulverulentus ruber. *Hoffm. lich. 4. n. 5. t. 1. f. 5.*

α. *Lichen croceus* pulverulentus croceus. *Schreb. spicil. 139. n. 1146.*

β. pulvis ruber sparsus in glebis majoribus.

In arborum cortice, sepibusque passim. β. in betularum epidermide.

1072. LEPRA *rosea* pulvis e glebis maximis sparsis roseis constans.

*Lichen roseus* pulverulentus conglomeratus roseus. *Schreb. spicil. 140. n. 1150.*

In cortice tiliarum, falicumque passim. e. g. ad  
*Schoeneberg, Pancko &c.*

1073. *LEPRA botryoides* pulvis acervatim sparsus  
luteoviridis.

*Byssus botryoides* pulverulenta viridis. *Lin. syst.*  
*ed. R. 4. p. 596.*

*Tremella botryoides* pulverulenta viridis. *Schreb.*  
*spicil. 141. n. 1153.*

*Lichen botryoides.* *Hagliche* p. 40. n. 6.

Ad terram in hortis frequens.

Color constans eluteo viridis. Glebae acervatim  
dispositae.

1074. *LEPRA viridis* pulvis laete viridis.

*Lichen viridis* pulverulentus viridis. *Schreb. spi-*  
*cil. 139. n. 1149.*

In quercuum annosarum cortice inque sepibus  
passim,

*BYSSUS.* *Lin. gen. 1324.*

*Lanugo* per lentem filis innummeris constans.

1075. *BYSSUS Flos aquae* filamentis plumosis na-  
tantibus. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 593.*

In aquis frequens.

Num vera planta, aut putredine orta?

1076. *BYSSUS phosphorea* lanuginosa violacea lig-  
nis adnascens. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 594.*

In arborum truncis putridis, praecipue in quer-  
cu. Vere & autumnno.

1077. *BYSSUS velutina* filamentosa viridis: fila-  
mentis ramosis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 594.*

Ad terram inque hortulanorum ollis frequens.  
Vere & autumno.

1078. *Byssus coriacea* perennis densissima albicans. *Schreb. spicil.* 144. n. 1161.

In quercuum truncis passim.

Aetate flavescit.

1079. *Byssus barbata* filamentis erectiusculis summitatibus ramosis subfastigiatis fulvis. *Huds. angl. ed.* 2. p. 606. n. 9.

*Byssus arborea barbata fulvi coloris.* *Dill. musc.* 9. t. 1. f. 19.

In truncis arborum putridis rarius.

1080. *Byssus candida* filamentis ramosissimis, ramis fasciculatis albidis. *Huds. angl. ed.* 2. p. 607. n. 10.

*Byssus tenerrima villosa & elegantissima ramulosa.* *Dill. musc.* 7. t. 1. f. 15.

In foliis dejectis quercuum putrescentibus, frequens.

Recens allii instar olet.

1081. *Byssus bombycina* lanuginosa albissima, filamentis longioribus implexis lignis adnascens. *Retz prod. fl. Scand.* p. 244. n. 1518.

*Byssus floccosa* evanida floccosa nivea. *Schreb. spicil.* 144. n. 1160. *Dill. musc.* 5. t. 1. f. 9.

In cellis ad trabes, afferes &c. passim.

1082. *Byssus sceptica* capillacea mollissima parallela fragilissima pallida. *Lin. syst. ed. R.* 4.

Byffus tenerrima murina doliaris. *Dill. musc.* 6.  
t. 1. f. 12.

In cellis, locisque suffocatis passim.

*b. Aquaticae.*

CONFERVA. *Lin. gen.* 1323.

*Tubercula* inaequalia, in fibris capillaribus longissimis.

\* *Filamentis simplicibus, aequalibus, geniculis destitutis.*

1083. CONFERVA *rivularis* filamentis simplicissimis aequalibus longissimis. *Lin. syst. ed. R.* 4. p. 587.

Conferva fluviatilis fericea vulgaris & fluitans. *Dill. musc.* 12. t. 2. f. 1.

*In der Spree versus Spandau beim Stern* frequens. Aestate.

1084. CONFERVA *fontinalis* filamentis simplicissimis aequalibus digito brevioribus. *Lin. syst. ed. R.* 4. p. 587.

Conferva minima, byffi facie. *Dill. musc.* 14. t. 2. f. 3.

In fossis passim. Aestate.

\*\* *Filamentis ramosis aequalibus.*

1085. CONFERVA *bullosa* filamentis aequalibus ramosis, aëreas bullas includentibus. *Lin. syst. ed. R.* 4. p. 587.

Conferva palustris bombycina. *Dill. musc.* 18. t. 2. f. 11

In fossis paludibusque frequens. e. g. *im Thiergarten, Jungfernheide &c.* Aestate.

1086. *CONFERRA canalicularis* filamentis aequalibus basin versus ramosioribus. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 588.*

*Conferva rivulorum capillacea, densissime congestis ramulis.* *Dill. musc. 21. t. 4. f. 15.*

*In der Pancke* frequens. Aestate.

\*\*\* *Filamentis anastomosantibus.*

1087. *CONFERRA reticulata* filamentis reticulato-coadunatis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 589.*

*Conferva reticulata.* *Dill. musc. 20. t. 4. f. 14.*

In aquis stagnantibus, fossis, ad fluviorum litora copiose. Aestate.

\*\*\*\* *Filamentis nodosis.*

1088. *CONFERRA gelatinosa* filis ramosis moniliformibus: articulis globosis gelatinosis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 590.*

*Chara batrachosperma* caule ramofo filamentoso; ramis foliaceis capillaceis, in glomeres lubricos geniculatos articulatim circa caulem dispositis. *Weiss. crypt. 32. c. tab: aen.*

*Conferva fontana nodosa, spermatis ranarum instar lubrica, major & fusca.* *Dill. musc. 36. t. 7. f. 42.*

*In der Pancke & in fossis limpidissimis passim.* Aestate.



## F U N G I.

AGARICUS. *Lin. gen.* 1325.

*Capsulae* in lamellas dispositae.

\* *Acaules & dividiati.*

1089. AGARICUS *quercinus* acaulis, lamellis labyrinthiformibus. *Lin. syst. ed. R.* 4. p. 607.

Agaricus coriaceus, durus, sessilis, squamosus & multiplex, lamellis ramosis, sinuosis & sibi invicem implexis. *Gled. method.* 134. n. 30. *Schaeffer fung.* 57.

In quercuum aliarumque arborum truncis emortuis frequens. Omni tempore.

Variat colore albido griseo, & albidus striis zonalibus variis. Lamellae semper albae.

1090. AGARICUS *antiquus* acaulis fuscus, lamellis pallidioribus labyrinthiformibus.

*Battara fung.* t. 38. f. A. B. (*optima.*)

In asseribus truncisque putridis. Superne obscure fuscus glaber, absque striis zonalibus. Lamellae lutescentes ramoso sinuatae, inter se conjuncta, & anastomosantes.

Non confundendus cum *A. asserculorum Batschii*. *Schaeffer* 76, a quo differt lamellis flavescens & labyrinthiformibus, etiamque pileo superne fusco, nec zonis ornato.

1091. AGARICUS *pectinatus* acaulis coriaceus, lamellis simplicibus sinuatis. *Huds. angl. ed.* 2. p. 623. n. 48.

In arboribus rarius.

Lamellae tenuissimae albae.

1092. *AGARICUS alneus* acaulis lamellis bifidis pulverulentis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 607. Weigel observ. 41. ob. 35. t. 2. f. 6. (bona.)*

*Agaricus sessilis squamosus, lobatus & villosus; lamellis dissectis. Gleditsch method. 134. n. 31.*

In arboribus rarius. e. g. *im Thiergarten, Jungfernheide.*

1093. *AGARICUS depluens* acaulis albidus villosus lamellis fuscis interruptis.

*Agaricus depluens pileo dimidiato cano fericeo; lamellis subcarneis, fusco-rubellis, latis, laxis, quadruplici ordine digestis. Batsch. fung. cant. 1. p. 167. t. 24. f. 122.*

In arborum truncis passim. Autumno.

1094. *AGARICUS lateralis* substipitatus, pileo albedo laevi, lamellis subsimplicibus pallidis, stipite laterali. *Huds. angl. ed. 2. p. 624.*

*Agaricum squamosum rufescens, pediculo donatum, subtus lamellis densis. Mich. gen. 123. t. 65. f. 7?*

In arborum truncis emortuis frequens. Autumno. Vere.

Stipes brevissimus albidus, aetate lutescens planus. Pileus dimidiatus planus concolor. Lamellae fuscae dense tenues apice bifidae.

1095. *AGARICUS ochraceus* acaulis flabelliformis, supra pulvinatus ochraceus, lamellis albidis.

marginē cinerascētib. *Syst. ed. M.* 14.  
p. 977. n. 39. *Jacq. Miscel. vol. 2.* p. 110.  
t. 16. f. 2.

β. Agaricum cespitosum, fordide luteum, Cochlearis seu Spatulæ forma, glabrum. *Michel gen.* 123. n. 19. t. 65. f. 6.

γ. Agaricum cespitosum, fulvum, Cochlearis seu Spatulæ forma, hirsutum. *Mich. gen.* 123. n. 20. t. 65. f. 5.

In arborum emortuarum truncis in den Papenbergē passim. Autumnō.

\*\* *Stipite annulato.*

1096. AGARICUS *fimetarius* stipitatus, pileo campanulato albo subsquamoso, lamellis nigricantibus, stipite albo fistuloso, annulo fugaci.

*Agaricus fimetarius* pileo campanulato lacero, lamellis nigris lateraliter flexuosis, stipite fistuloso. *Lin. syst. ed. R.* 4. p. 604.

*Agaricus Mitella* pileo oblongo campanulato albo, floccis latiusculis, dense imbricatis, squamoso-squarroso; stipite subelongato, valido, albo, lamellis nigris. *Batsch fungi* 63. n. 65. *Schaeffer fung. tab.* 7. 8.

β. pileo albo minus squamoso striato, apice rubicundo, lamellis rufescentibus.

*Agaricus ovatus* cespitosus; pileo ovato striato; lamellis defluentibus; stipite cylindrico fistuloso, annulato, longo, annulo fugaci. *Scop. carn. ed. 1.* p. 23. n. 28. *ed. 2.* p. 425. n. 1479.

*Agaricus Chamaeleo* pileo oblongo campanulato albo caesio floccoso-squamoso, floccis distantibus, sparsis, flaventibus; lamellis nigro flaventibus; stipite subelongato valido albo. *Batsch. fung.* 63. n. 64. *Schaeffer fung.* t. 46. 47.

In cellis, pomariis, fimetis passim. Autumno.

*Agaricus fimetarius Batschii*, diversissimus a nostro & nova species.

1097. *AGARICUS campestris* stipitatus, pileo convexo squamato-albido, lamellis rufis. *Lin. syst. ed. R.* 4. p. 601. *Schaeff. fung.* t. 310. 311.

*Agaricus* pileolo amplo, hemisphaerico, fornicato; petiolo brevi, annulo permanente cincto. *Gleditsch method.* 115. n. 21.

β. *Agaricus candidus*, pileolo fornicato, squamoso, petiolo annulato, cylindrico & crasso. *Gleditsch method.* 117. d.

*Agaricus pellitus* pileo pallido cano, maculis magnis piloso-squamiformibus, extrorsum acutis, laxè sparsis, imbricato radicato, stipite crassiusculo, concolore, integro; lamellis subbrunneis. *Batsch fung.* 55. n. 41. *Schaeffer fung.* t. 33.

In hortis, locis cultis, suburbanis frequens, inque pratis & pascuis passim. Augusto ad Octobrem usque.

Locis siccis crescens esculentus, locis vero humidis fit nocivus.

1098. *AGARICUS fascicularis stipitatus*, pileo convexo luteo, lamellis virescentibus, stipite flavo (annulo fugaci.) *Huds. angl. ed. 2. p. 615. n. 20. Schaeffer fung. 49.*

*Agaricus carneolus. Batsch fung. 83. n. 116.*

β. *Agaricus jenensis* pileo convexo conico, luteo, medio ferrugineo: stipite elongato, lineari, valido, concolore subsquamuloso, volva pulverulenta, striata, adnata, brunnea; lamellis olivaceis. *Batsch fung. 83. n. 113. t. 7. f. 29.*

Ad arborum praecipue salicum putridarum truncos copiose. Autumno.

1099. *AGARICUS equestris stipitato*, pileo pallide flavo, disco obscuriore, lamellis sulphureis, annulo fugaci.

*Agaricus equestris stipitatus*, pileo pallido: disco stellatim luteo, lamellis sulphureis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 602. Schaeff. fung. t. 79. Sterb. fung. t. 21. fig. c.*

In pratis ad *Spandau* rarius. Autumno.

1100. *AGARICUS squarrosus stipitatus*, pileo umbonato lutescente, squamoso, squamis fuscis squarrosis, stipite infra annulum squarroso, lamellis pallidis.

*Agaricus squarrosus* pileo ferrugineo, squamulis piloso-furfuraceis revolutis, imbricato; stipite valido subclavato concolore, inferne usque ad volvam laceram reflexopatentem squamosam

*Batsch. fung. 86. n. 123. t. 8. f. 31. Schaeffer fung. 61. 80.*

*In den Papenbergen rarius. Autumno.*

1101. AGARICUS *procerus* stipitatus annulo mobili, pileo convexo albido squamoso, squamis fuscescentibus, lamellis albis stipite bulboso.

*Agaricus procerus* stipitatus, pileo hemisphaerico lacerato squamoso rufescente cinereo, lamellis albis, stipite longo, cylindrico acetabulo inferto. *Huds. angl. ed. 2. p. 612. Schaeff. fung. tab. 22. 23.*

*Agaricus clypeatus* stipitatus, pileo hemisphaerico viscido acuminato, lamellis albis, stipite longo cylindrico albo. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 603?*

*Im Thiergarten, Jungfernheide & alibi copiose. Autumno.*

Esulentus sub nomine *Buberitze*.

1102. AGARICUS *Mappa* stipitatus, annulo fixo inverso, pileo planiusculo flavo, fusco variegato, lamellis albidis, stipite bulboso volvato.

*Agaricus Mappa* pileo flavo cinerascete, pallido, maculis inaequalibus fuscescentibus plerumque picto; stipite elongato lamellisq. subconcoloribus albis. *Batsch fung. 57. n. 50. Schaeffer tab. 20.*

*In der Jungfernheide passim. Autumno.*

1103. AGARICUS *verrucosus* stipitatus pileo planiusculo fuscescente, albo maculato, lamellis

*Agaricus verrucosus stipitatus*, pileo convexo cinereo verrucoso, verrucis lamellisque albis, stipite basi bulbofo. *Huds. angl. ed. 2. p. 613. Schaeffer t. 90. 91.*

*In der Jungfernheide & ad Tegel rarius, versus Autumnum.*

1104. *AGARICUS conspurcatus stipitatus*, pileo fordide albo, disco fufcescente squamoso, squamis concoloribus; lamellis ullis, annulo, stipiteque concolore.

*Agaricus exiguus, candidus, pileolo in vertice papillato & squamis atrorufis lacero; lamellis candidis, petiolo fistuloso, crasso, brevi & annulato. Gleditsch method. 130. b. & 129. a.*

*Fungus minimus, pileolo in medio papillato, undique atro-rufescente, cute lacera & veluti squamosa, lamellis albis, pediculo vix fistuloso & annulato, medii coloris. Micheli gen. 176. t. 78. f. 8.*

*Cum praecedenti passim. Autumnno.*

*Stripes uncialis.*

1105. *AGARICUS muscarius stipitatus*, lamellis dimidiatis solitariis, stipite volvato; apice dilatato basi ovato. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 599. Schaeffer fung. t. 27.*

*Agaricus imperialis. Batsch fung. 59. n. 55.*

*In sylvis copiose. Autumnno.*

\*\* *Stipite nudo, pileo umbonato.*

1106. AGARICUS *giganteus* stipitatus, pileo infundibuliformi umbonato maximo albo, lamellis interruptis, stipite brevissimo crasso.

*Agaricus giganteus* stipitatus pileo maximo albo in medio depresso umbonato, stipite brevissimo. *Leysser fl. halens. 1213.*

*In der Jungfernheide & Thiergarten passim. Autumno.*

Omniū maximus, pileus diametro pedali, stipes vero nncialis.

1107. AGARICUS *lividus* stipitatus, pileo convexo livido, lamellis albidis, stipite longo albo. *Huds. angl. ed. 2, p. 616. Schaeffer 14.*

*In den Papenberggen & alibi passim, Autumno & vere.*

1108. AGARICUS *clypeatus* stipitatus, pileo hemisphaerico viscido acuminato, lamellis albis, stipite longo cylindrico albo. *Huds. angl. ed. 2. p. 619. Schaeffer fung. tab. 52. fig. 7. 8. 9.*

*In nemorosis humidis, lignisque putrescentibus frequens. Autumno.*

Pileus fordide fuscescens margine striatus, umbone obscuriore. Lamellae albae, stipesque concolor.

1109. AGARICUS *aquosus* stipitatus, pileo campanulato obtuso fusco flavescente; lamellis atrogriseis, stipite fistuloso griseo villoso. *Huds.*



In truncis arborum putrescentibus frequens.  
Autumno.

IIIO. AGARICUS *conicus* stipitatus, pileo campanulato acuto striato livido nitido, lamellis albis, stipite fistuloso cinereo. *Huds. angl. ed.* 2. p. 620. *Schaeffer tab.* 52. f. 1-6.

In lignis putridis copiose. Autumno.

IIII. AGARICUS *esculentus* stipitatus, pileo convexo argillaceo, stipite gracili fistuloso, ex albo fordide flavescente, lamellis albis. *Jacq. Miscel. vol.* 2. p. 103. t. 14. f. 4. *Murr. Syst.* 14. p. 976. n. 29. *Schaeffer fung.* t. 59?

In nemorosis etiamque in agrorum versuris haud infrequens. Vere.

Sub nomine *Kroesling* notus.

IIII2. AGARICUS *alliaceus* stipitatus, pileo convexo opaco supra fusco subtus albo, stipite fistuloso nigro nudo. *Jacq. austr.* t. 82. *Murr. Syst. ed.* 14. p. 976. n. 26.

*Agaricus plicatus* stipitatus, pileo planiusculo margine luteo rufo, lamellis pallidioribus, stipite longo rufo. *Huds. angl. ed.* 2. p. 621. n. 43. *Schaeffer fung.* t. 99.

Im Thiergarten, Hasenheide & alibi frequens.  
Autumno & vere.

Pileus fordide fuscus, interdum albicans; lamellae albiae; stipes niger tenuis, etiamque rufescens.

III3. AGARICUS *caesius* stipitatus, pileo albo glaucescente convexo oblongo, lamellis subramosis, stipite concolore subsistuloso.

*Agaricus caesius* griseo-caesius, semidiaphanus pileo laxo conico, stipite lineari elongato validiusculo, basi lanoso villoso, lamellis lanceolatis duplici, triplicive ordine digestis, pileo propriis. *Batsch. fung. cont.* I. p. 113. n. 94. t. 18. f. 94.

In foliis acerofarum arborum dejectis *in der Jungfernheide* rarius. Octobr. Novemb. Minutus, altitudine 6 lineari.

III4. AGARICUS *integer* stipitatus, pileo planiusculo rubro, lamellis albis integris aequalibus, stipite concolore.

*Agaricus integer* stipitatus, lamellibus omnibus magnitudine aequalibus. *Lin. syst. ed. R.* 4. p. 598. *Schaeffer fung.* t. 58 & 65, *malae figurae.*

*Omphalomyces coccineus.* *Baattra fung.* 37. t. 15. f. E. *bona.*

*Im Thiergarten, Jungfernheide & alibi passim.* Autumno.

\*\*\* *Stipite nudo, pileo absque umbone.*

III5. AGARICUS *coccineus* stipitatus pileo hemisphaerico stipiteque subsistuloso coccineis, lamellis aurantiacis. *Murr. syst. ed.* 14. p. 975. n. 21. *Jacq. Misc.* v. 2. p. 106. *Schaeff. fung.* 302.

*In der Jungfernheide rarius.* Autumno

III16. *AGARICUS violaceus* stipitatus, pileo fuscescente convexo vertice depresso; margine violaceo, lamellis violaceis, stipite caerulefcente.

*Agaricus violaceus* stipitatus, pileo rimoso: margine violaceo tomentoso, stipite caerulefcente, lana ferruginea. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 602.*  
*Schaeffer fung. t. 34.*

*In der Jungfernheide & Papenbergem infrequens.*  
Autumno.

III17. *AGARICUS farinaceus* stipitatus, pileo convexo, vertice subdepresso rubro violaceo, lamellis violaceis, stipite fuscescente.

*Agaricus farinaceus* stipitatus, pileo convexiusculo purpurafcente fusco, lamellis convexis distantibus incarnatis pulverulentis, stipite longo. *Huds. angl. ed. 2. p. 616. n. 26.*  
*Schaeffer fung. 13.*

*In der Jungfernheide frequens.* Autumno.

Variat pileo fusco & rubro-violaceos, lamellis obscurioribus & pallidis.

III18. *AGARICUS Chantarellus* stipitatus, pileo infundibuliformi luteo lamellis venosis ramosis decurrentibus.

*Agaricus Chantarellus* stipitatus, lamellis ramosis decurrentibus. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 597.*

*Schaeffer fung. t. 82. non optima figura.*

*In der Jungfernheide & versus Spandau passim.*  
Autumno.

Esulentus sub nomine *Pfefferling*.

1119. AGARICUS *deliciosus* stipitatus, pileo vertice depresso luteo fuscescente, lamellis luteis subdecurrentibus, succo luteo farctis.

*Agaricus deliciosus* stipitatus, pileo testaceo: succo lutescente. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 600.*  
*Schaeffer fung. t. II.*

*In sylvis ad Spandau & Coepnick frequens.* Autumno.

Esulentus sub nomine *Reitzker* vel *Ritschke*.

1120. AGARICUS *cinnamomeus* stipitatus pileo convexo fusco, lamellis luteis, stipite concolore.

*Agaricus cinnamomeus* stipitatus, pileo fordide flavo, lamellis luteo-rufis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 602.* *Schaeffer fung. t. 4.*

*In der Jungfernheide & Thiergarten passim.*  
Autumno.

1121. AGARICUS *striatus* stipitatus, pileo campanulato cinereo striato glabro, lamellis griseis margine crispis, stipite fistuloso. *Huds. angl. ed. 2. p. 617.* *Schaeffer fung. 17. 68.*

*In ruderatis ad sepes passim.* Autumno.

Pileus fuscescens. Lamellae aetate nigra. Stipes semper albus.

1122. *AGARICUS adustus* stipitatus, pileo campanulato striato, griseo, vertice fusco, lamellis albis, stipite fuscescente.

*Agaricus adustus* pileo convexo, conico, plicis latis, plicato-fulcato, fusco, marginem versus pallente-griseo; lamellis pallidis, stipiteque elongato lineari subconcoloribus. *Batsch fung.* 67. n. 70. *Schaeffer fung.* t. 32.

In lignis putrescentibus passim. Autumno.

1123. *AGARICUS variabilis* stipitatus, pileo subcampanulato fusco, striato, lamellis pallidioribus, stipite concolore.

*Agaricus variabilis.* *Batsch fung.* 67. n. 73. *Schaeffer fung.* t. 63.

Im Thiergarten & Jungfernheide passim. Autumno.

1124. *AGARICUS lignorum* stipitatus, pileo campanulato flavo fuscescente striato, lamellis griseis, stipite subulato albo.

*Agaricus lignorum.* *Scop. carn. ed.* 2. n. 1482. *Schaeffer fung.* 66.

In lignis putrescentibus passim.

1125. *AGARICUS piperatus* stipitatus, pileo planiusculo lactescente, margine deflexo, lamellis incarnato-pallidis. *Lin. syst. ed.* R. 4. p. 600. *Schaeffer fung.* t. 83.

*Agaricus piperatus* pileo concavo saepius lactescente, lamellis ramosis, stipite nudo cylindrico. *Scop. carn. ed.* 1. p. 33. n. 39. *ed.* 2.

Agaricus pileo pulvinato integerrimo, & in centro profundius depresso, lamellis connexis, angustis & compactis; petiolo continuo, cylindrico & crasso. *Gleditsch method.* 97. n. 10.  
In pratis, pascuis &c. *im Thiergarten, Jungfernheide* alibique passim. Septemb. Octobr.

1126. AGARICUS *excavatus* stipitatus, pileo concavo albo, lamellis, stipiteque flavescens.

Agaricus pileo orbiculari integerrimo candido, in vertice concavo, lamellis cum petiolo dilute flavescens. *Gleditsch method.* 107. d.  
*Leysser fl. hal.* n. 1215.

In foliis dejectis sylvarum passim. Octobr. Novembr.

1127. AGARICUS *umbelliferus* pileo convexo, plicato membranaceo, tenero: lamellis remotis; stipite procero, capillaceo, nudo, lamellis concolore. *Scop. carn. ed. 1. p. 30. c. ed. 2. p. 457. n. 1571.*

*Agaricus umbelliferus* stipitatus, pileo plicato membranaceo, lamellis basi latioribus. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 605.*

In foliis dejectis in sylvis passim. Autumnno.  
Pileus albus.

1128. AGARICUS *Androsaceus* stipitatus albus, pileo plicato membranaceo; stipite nigro. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 606.*

Agaricus pileo convexo plicato membranaceo; lamellis remotis; stipite nigro procero capil-

laceo nudo. *Scop. carn. ed. 1. p. 29. ed. 2. n. 1570.*

*In der Jungfernheide in foliis dejectis pini sylvestris passim. Autumno.*

1129. *AGARICUS rosellus stipitatus, pileo planiusculo ochraceo, lamellis rubicundis, stipite concolore torto.*

*Agaricus rosellus pileo ochraceo, subcarneo; stipite solido fibroso torto; lamellis fulvello-roseis, majoribus stipiti adnatis. Batsch fung. cont. 121. n. 99. t. 19. f. 99.*

*In der Jungfernheide & Papenberggen locis graminosis rarius. Autumno.*

1130. *AGARICUS clavularis stipitatus, pileo hemisphaerico glaucescente, lamellis concoloribus aequalibus, stipite bulboso.*

*Agaricus clavularis tener, subcaesius, pileo umbilicato, obsolete plicato; laminis paucis; stipite gracili, basi distincte bulbosa, bulbo confluyente dilatato. Batsch fung. cont. 89. n. 81. t. 17. f. 81.*

*In arborum praecipuo annosarum tiliarum cortice passim. Autumno.*

*Minutissimus fungus vix semiuncialis.*

*BOLETUS. Lin. gen. 1326.*

*Capsulae in pileo latentes, apice apertae.*

*\* Acaules & dimidiati.*

1131. *BOLETUS fomentarius acaulis pulvinatus inaequalis obtusus, poris teretibus aequalibus*

In arborum truncis *in den Puppenbergen* infrequens. Omni tempore.

Stipes nullus. Pileus dimidiatus planus obtusus, superne cervinus pulverulentus fulcis; concentricis inaequalis; inferne pallide griseus, margine albus. Pori aequales teretes.

1132. *BOLETUS igniarius* acaulis pulvinatus laevis, poris tenuissimis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 608. Schaeffer fung. t. 137. 138.*

In arborum truncis passim. Persistens.

Superne convexus griseus: margine lutescente; inferne albidus poris tenuissimis.

1133. *BOLETUS hepaticus* acaulis convexus sublobatus rufis laevis poris teretibus flavis. *Huds. angl. ed. 2. p. 625. n. 5. Schaeffer fung. 116-120.*

In arborum truncis passim.

Edulis.

1134. *BOLETUS fulvus* acaulis totus fulvus inaequalis, poris tenuissimis aequalibus teretibus. Agaricum durum, crassum, assulatum, Ilicibus innascens griseum. *Michel gen. 121. tab. 62.*

In arboribus vulgaris.

1135. *BOLETUS suberosus* acaulis pulvinatus laevis, poris acutis difformibus. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 608.*

In arborum truncis emortuis passim.

Pori inaequales flexuosi confluentes.



1136. *BOLETUS coriaceus* acaulis coriaceus convexus lobatus flavus laevis, poris tenuissimis. *Huds. angl. ed. 2. p. 625. n. 4. Schaeffer fung. t. 131. 132.*

In arborum emortuarum truncis.

1137. *BOLETUS versicolor* acaulis fasciis discoloribus, poris albis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 609.*

In arborum truncis copiose.

Color valde variabilis.

1138. *BOLETUS adustus* acaulis fuscescens margine nigro, poris tenuissimis reticulatis.

In truncis arborum putrescentibus frequens.

Gregarius durus minutus margine quasi adusto nigro. Pori tenues reticulati subplani.

1139. *BOLETUS suaveolens* acaulis totus albus, superne laevis, poris inaequalibus.

*Buletus suaveolens* acaulis, superne laevis, salicinus. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 609. Enstin Diff. de Bolet. suaveol. Erlang. 1784. c. tab. (figura optima.)*

In arborum truncis passim.

*Offic. (Fungus salicis.)*

Odorem *Anisi* vel *Radicis Iridis florentinae* recens, praecique post pluvias spargit. Pori inaequales interdum confluentes.

1140. *BOLETUS Medulla panis* crustaceus albus effusus difformis. *Murr. syst. ed. 4. p. 977.*

*In den Papenbergern* ad arborum truncos passim.

1141. *BOLETUS Buglossum* acaulis utrinque granulato-papillofus, papillis poruliferis, superne convexiusculus carneus, inferne planus subaëvidus, substantia fibroso-gelatinosa. *Retz. prod. fl. scand. 2. p. 250. n. 1576.*

*Boletus lucidus* stipitatus, pileo coriaceo-castaneo lucido fulcis circularibus, poris minutissimis albis, stipite laterali. *Curt. lond. 4. t. 224. Leysser halens. n. 1245.*

*In truncis arborum putridis in den Papenbergern* rarius. Autumno.

Esculentus, prae aliis laudatur.

\*\* *Stipitati.*

1142. *BOLETUS perennis* stipitatus perennis pileo utrinque planiusculo. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 609. Schaeffer fung. t. 125.*

*In der Jungfernheide* infrequens.

Stipes apice attenuatus fuscus. Pileus planus superne fuscus, striis concentricis atro fuscis, disco cinereo; inferne fuscus, poris inaequalibus saepe confluentibus. Aetate fit infundibuliformis, & exsiccatus cinerascit.

1143. *BOLETUS luteus* stipitatus, pileo convexo viscido fusco, poris rotundatis flavis, stipite cylindrico annulato.

*Boletus luteus* stipitatus, pileo pulvinateo subviscido, poris rotundatis convexis flavissimis,

stipite albido. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 610.*

*Schaeffer fung. t. 114.*

*In der Jungfernheide, Spandauerheide & alibi passim. Autumno.*

Esulentus.

1144. *BOLETUS bovinus* stipitatus, pileo convexo pulvinateo glabro, poris angulatis, stipite attenuato.

*Boletus bovinus* stipitatus, pileo glabro pulvinateo marginato, poris compositis acutis: porulis angulatis brevioribus. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 610. Schaeffer fung. t. 103. 104.*

*Im Thiergarten, Jungfernheide & alibi frequens, Autumno.*

Esulentus.

1145. *BOLETUS crassipes* stipitatus, pileo convexo glabro, poris subangulatis, stipite medio crassiore reticulato. *Schaeffer fung. t. 105. 107. 134.*

*Iisdem locis passim. Autumno.*

Diversissimus a praecedente, stipite medio crassiore.

Esulentus.

*HYDNUM. Lin. gen. 1327.*

*Capsulae acuminatae prominentes.*

1146. *HYDNUM imbricatum* stipitatum, pileo subconvexo squamoso; squamis imbricatis suberectis.

*Hydnum imbricatum* stipitatum, pileo convexo imbricato. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 612. Schaeffer fung. t. 140.*

*In der Jungfernheide rarius. Autumnno.*

Esulentum.

Stipes brevis crassus glaber fordide flavescens nunquam in medio, semper magis lateralis. Pileus orbiculatus subconvexus saepius uno latere incisus, fordide flavus; squamis in centro imbricatis, apice reflexis; inferne capsulis acutissimis fordide flavis densissime obsitus.

1147. *HYDNUM repandum* stipitatum, pileo convexo rufo subtus albo, stipite ad basin incrassato.

*Hydnum repandum* stipitatum, pileo convexo laevi flexuoso. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 612.*

*In den Papenbergern passim. Autumnno.*

Esulentum.

1148. *HYDNUM auriscalpium* stipitatum, pileo dimidiato hirsuto fusco, inferne albicante, stipite fusco.

*Hydnum auriscalpium* stipitatum, pileo dimidiato. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 613. Schaeffer fung. t. 143.*

*In strobulis pini sylvestris dejectis in der Jungfernheid, Papenbergern haud infrequens. Autumnno. vere.*

1149. *HYDNUM parasiticum* acaule arcuato-rugosum tomentosum. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 613?*  
*Echinus nigricans*, squamis ellipticis, longissimis aculeis. *Hall. helv. n. 2318.*

In ligno putrido inque asseribus & trabibus frequens.

Lamina tenuis squamis apice divisis longis dense obsita, cum descriptione *Halleri* convenit, an Linneana species sit, me fugit?

1150. *HYDNUM gelatinosum* stipitatum gelatinosum, pileo dimidiato supra glaberrimo. *Murr. syst. 14. p. 978. Jacq. austr. v. 3. t. 239.*

*Echinus crystallinus gelatinosus.* *Hall. helv. n. 2319.*

In lignis putridis passim. Autumno.

Saepe absque stipite.

1151. *HYDNUM coralloides* ramosissimum, candidum, aculeis longis terminalibus.

*Hydnum coralloides* stipes ramosus; ramis ultimis subtus echinatis. *Scop. carn. ed. 2. n. 1602.*

Clavaria ramosa; extremis ramulis teretibus, subulatis, recta deorsum descendentibus. *Scop. carn. ed. 1. p. 61. n. 5. Schaeffer fung. t. 142.*

Semel in ligno betulino, pro foco destinato istud vidi. Autumno.

#### THAELAEPHORA.

*Fungus* inferne papillas loco foraminum vel lamellarum proferens

1152. *THAELAEPHORA mesenteriformis* complicata lacera scabra fusca. *Sterb. fung. t. 27. f. k?*

In pinetis arenosis *in der Jungfernheide* passim. Autumno.

Stipes fere nullus, toto hoc in genere. Laminae contortae fuscae superne squamis concoloribus minutis obsitae, margine lacerae; externe pulverulentae per lentem papillosoe. **TAB. VII. fig. 15.**

1153. *THAELAEPHORA hirsuta* explanata, flava, extus hirsuta.

*An Helvella pineti. Lin. syst. ed. R. 4. p. 616?*

*Helvella agaricus. Withering brittan. 2. p. 773.*

In ligno putrido frequens. Persistens.

Agarico vel Boletio acauli similis, sed nunquam poros vel lamellas vidi, loco vero eorum papillas observavi.

1154. *THAELAEPHORA glabra* explanata, laevis fordide albida.

*Helvella corrugata. Withering brit. 2. p. 773?*

*Marsilii de generat fungor. fig. 27, in nonnullis cum nostra specie convenit,*

In lignis putridis vulgaris.

**PHALLUS. Lin. 1328.**

*Capsulae reticulatim dispositae.*

1155. PHALLUS *esculentus* pileo ovato celluloso, stipite nudo rugoso. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 613. Schaeffer tab. 199.*

In sylvis circa *Berolinum* rarius, in foro interdum venalis existat, sed locum natalem, specialem nondum scio. Vere.

Esculentus sub nomine *Spitz morchel*.

1156. PHALLUS *impudicus* volvatus stipitatus, pileo celluloso. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 614. Schaeffer fung. t. 196. 197. 198.*

In nemorosis umbrosis sub *Corylo avellana* ad *Pausin*, *Schoenewald hinter Spandau* & prope *Coepnick* passim. Autumno.

HELVELLA. *Lin. gen. 1330.*

*Pileus plicatus, Capsulae latentes.*

1157. HELVELLA *Mitra* stipite integro, pileo deflexo adnato - rugoso brunneo.

*Helvella Mitra* pileo deflexo adnato lobato difformi. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 615. Schaeffer fung. t. 158. 160. 161.*

In sylvis prope *Spandau*, *Coepnick*, inque locis suburbanis &c. frequens. Vere.

Esculenta sub nomine *Morchel, Maurache*.

1158. HELVELLA *fulcata* stipite fulcato, rimoso, pileo plicato adnato crispo nigricante.

Elvela petiolata, lamina in formam capituli deorsum plicato-laciniata & crispa; petiolo fistu-

n. 1. *Michel gen. pl. 204. tab. 86. fig. 7.*  
*Schaeffer fung. tab. 154.*

β. Tota alba.

Prope *Spandau*, in der *Jungfernheide* sparsim.

β. rarius. Vere & autumnno.

Esculenta.

CYATHUS. *Haller helv. 127.*

*Fungus cyathiformis intus capsulas lentiformes planas proferens.*

1159. CYATHUS *laevis* campanulatus externe villosus, interne laevis.

*Peziza lentifera* campanulata lentifera. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 616.*

Cyathoides cyathiforme cinereum & veluti sericeum. *Michel gen. 222. t. 102. f. 1.*

In ligno putrido in *Thiergarten*, ad terram in hortis alibique passim. Autumnno, vere.

1160. CYATHUS *striatus* campanulatus externe hirsutus, interne striatus.

*Peziza striata* campanulata lentifera villosa, interne striata. *Huds. angl. ed. 2. p. 634. n. 2.*

Cyathoides cyathiforme, obscurum externe hirsutum interne plumbeum glabrum & striatum.

*Michel gen. 222. t. 181. f. 2.*

Ad terram in hortis inque ligno putrido passim. Autumnno, vere.

1161. CYATHUS *cylindricus* cylindricus arhizus



*Cyathoides luteum crucibuliforme*, *Michel gen.*  
222. t. 102. f. 3.

*Peziza crucibuliformis*, *Scop. carn. ed. 2. n. 1630.*  
In asseribus trabibusque putrescentibus in hortis  
passim. Autumno, vere.

*Peziza laevis Hudsoni* a *Cyatho* nostro differt,  
quod ventricosa sit, & figura *Schaefferi* no-  
stram speciem haud exprimat.

PORONIA. *Gleditsch syst. n. 1217.*

*Fungus patelliformis*. *Semina* in superficie exter-  
na per puncta minutissima ejaculans.

1162. PORONIA *Gleditschii*.

*Peziza punctata* turbinata truncata, disco puncta-  
to. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 617.*

In stercore bovino prope *Spandau* & versus *Gru-  
newald* passim. Hyeme.

*Fungus stipitatus*: stipite fusco cylindrico. Pi-  
leus orbiculatus utrinque planus, inferne fuscus,  
superne albus, disco nigro punctato.

PEZIZA. *Lin. gen. 1331.*

*Fungus* saepius concavus, absque visibilibus  
fructificationibus; *Semina* minutissima pulve-  
ris instar, elastice explodens.

1163. PEZIZA *cornucopioides* infundibuliformis,  
disco patente sinuato punctato. *Lin. syst. ed.*  
*R. 4. p. 617.*

*α. fusca*. *Schaeffer fung. t. 165.*

*β. rufescens*. *Schaeffer fung. t. 166.*

*In den Papenbergern* rarius. Autumno.  
Semina in superficie externa ejaculans.

1164. PEZIZA *stipitata*, stipitata hemisphaerica, externe fusco hispida, stipite cylindrico. *Huds. angl. ed. 2. p. 636. Schaeffer fung. t. 167.*

*In den Papenbergern* rarius. Autumno.

Stipes subulatus fuscescens, hispidus. Pileus externe hemisphaericus hispidus albido-fuscescens, interne concavus glaber obscurior.

1165. PEZIZA *copularis* stipitata lutea, stipite brevissimo, campanulata margine crenata.

*Peziza copularis* globofo-campanulata: margine crenato. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 618.*

Inter muscos *in der Jungfernheide* rarissima. Autumno.

1166. PEZIZA *lacera* sessilis campanulata albicans margine lacero.

*In truncis putridis in den Papenbergern* infrequens. Hyeme.

Semiuncialis campanulata externe albicans, interne flavescens gelatinosa, margo inaequaliter lacerus, laciniis acutis longis. TAB. VII. fig. 16.

1167. PEZIZA *cochleata* turbinata cochleata, interne aurantiaco coccinea, externe albicans.

*Peziza cochleata* turbinata cochleata. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 619.*

Fungoides auriculum judae referens, intus rufescens, extus candicans, & quasi farinosum.

*Vaill. paris.* 57. t. II. f. 8.

*Im Thiergarten* passim. Autumno.

Semina externa in superficie, ut in *Peziza cornucopioide* ejaculans.

1168. PEZIZA *crenata* turbinata margine crenulata interne fusca externe albedo pulvere conspersa.

*Peziza cochleata*  $\beta$ . *Batsch fung. cont.* 123. n. 157. t. 28. f. 157.

In truncis putridis & ad terram passim *in der Jungfernheide*. Autumno.

Differt a praecedenti:

- 1) margine crenato.
- 2) colore interne fusco, &
- 3) quod femina interne ejaculet.

1169. PEZIZA *leporina* coriacea spathulata concava fusca externe pallida.

*Peziza leporina* sessilis; elongata, spathulata, spathiformis, erecta; inferne cylindrica, angustior, semiclausa; superne dilatata oblonga, lateraliter patens tota, ore deorsum in rimam manubrii decurrente. *Batsch fung.* 117. n. 6. *Schaeffer fung.* t. 156.

*In den Papenbergen* passim. Autumno.

1170. PEZIZA *rhizophora* hemisphaerica convexa fusca sessilis, inferne albida concava, radicibus simplicibus teretibus donata.

*Phallus acaulis* convexus glaber; subaggregatus; ovalis vel rotundatus, crassus; supra fuscus, infra albus, radicibus disci pluribus, crassis, albis. *Batsch fung.* 129, n. 1. *Schaeffer fung.* t. 153.

In pinetis arenosis *im Grunewald & Jungfernheide* passim. Autumno.

Singularis fungus, ob radices crassas.

1171. PEZIZA *scutellata* sessilis plano-convexa, margine piloso.

*Peziza scutellata* plana; margine convexo piloso. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 618.*

*In der Jungfernheide* in truncis putrescentibus, ad pontem destructum, Junio in autumnum usque.

Sessilis plano-convexa violaceo-coccinea, margine integro, pilis longis nigerrimis obsito.

1172. PEZIZA *nivea* sessilis nivea; planata tota, vel margine angusto cincta. *Batsch fung.* 117. n. 1. t. 12. f. 56.

In truncis putridis. Autumno passim.

1173. PEZIZA *cinerea* sessilis plana diaphana cinerea.

*Peziza cinerea* sessilis, cinerea, reflexa, margine crispo sinuato lobato. *Batsch fung. cont.* 197. n. 137. *tab. 26. f. 137.*

In truncis arborum putridis passim. Autumno.

1174. PEZIZA *calyciformis* stipitata convexa, intus  
fufcescens extus cinerascens.

*Peziza calyciformis* pileo ochraceo, glabro, sub-  
tus cum stipite carneo-furfurosa. *Batsch*  
*fung. cont.* 195. n. 135. t. 26. f. 135.

In arborum truncis, ramulisve dejectis putref-  
centibus. Autumno.

Variat colore albo saepissime.

1175. PEZIZA *flava* fessilis plana orbiculata  
flava.

In truncis arborum putridis frequens. Au-  
tumno.

Paullo major, quam *P. cinerea*, tota plana absque  
margine elevato, flava.

CLAVARIA. *Lin. gen.* 1332.

*Fungus* glaber saepius clavaeformis, absque visi-  
bilibus fructificationibus.

\* *Indivisae.*

1176. CLAVARIA *lignea* simplicissima clavaefor-  
mis dura nigra.

In lignis putridis *in den Papenberg* rarissime.  
Autumno.

Figura externa cum *Cl. pistillari* a *Michelio* tab.  
87. f. 1. depicta exacte convenit, ut nullo mo-  
do diversa videatur, ast substantia ejus lignea  
immo durissima est, interne alba externe ni-  
gerrima. Num fortassin varietas?

Distinguent, qui recentem *Clavariam pistillarem*

1177. *CLAVARIA ophioglossoides* clavata integerima compressa obtusa. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 620.*

*In der Jungfernheide bei den Rehbergen frequens. Aestate & autumnno.*

Semper nigerrima coriacea compressa.

1178. *CLAVARIA parasitica* clavata, nigra, simplicissima, stipite tereti, corpore oblongo tereti obtuso papilloso.

*Im Thiergarten beim Hofjaeger passim. Autumnno.*

Singularis fungus semper *Lycoperdoni* mox descripturo insidens. Simillima *Clavariae ophioglossoidi* differt tamen substantia molliori, duratione minori, & quod nunquam compressa & corpus semper papillosum fit. Aetate apice excavatur. **TAB. VII. fig. 17.**

1179. *CLAVARIA granulata* clavata alba simplicissima; teres, corpore fistuloso, radice granulata nigra.

*Clavaria gyrans* stipite elongato, capillari; clavula terminali sub-elongata, cylindrica, termino utrinque oblongata. *Batsch. fung. cont. 235. n. 164. t. 28. f. 164.*

*In fruticetis umbrosis in der Jungfernheide rarius. Autumnno.*

Omniū minutissima alba. Stipes capillaris,

laris granulata, granulae sphaericae nigrae.  
TAB. VII. fig. 18.

1180. CLAVARIA *simplicissima*, simplicissima flava  
subulata, teres, apice fusca.

Iisdem locis passim. Autumno.

1181. CLAVARIA *cespitosa* cespitosa, caulibus sim-  
plicissimis, basi nonnunquam unitis, oblongo-  
clavatis farctis aquose luteolis. *Murr. Syst.* 14.  
p. 980. *Jacq. Misc.* v. 2. p. 98. t. 12. f. 2.

In graminosis *in der Jungfernheide* passim. Au-  
tumno; vere.

\*\* *Ramosae.*

1182. CLAVARIA *Hypoxylon* ramosa cornuta com-  
pressa. *Lin. Syst. ed. R.* 4. p. 621. *Weigel ob-*  
*serv.* 50. t. 3. f. 5.

In lignis putridis *im Thiergarten, Jungfern-*  
*heide, Papenbergen* & alibi frequens. Au-  
tumno. vere.

Nigra apicibus albicantibus.

1183. CLAVARIA *coralloides* ramis confertis ramo-  
sissimis inaequalibus. *Lin. Syst. ed. R.* 4. p.  
621. *Schaeffer fung.* t. 175-177.

Clavaria caule crassissimo, ramis innumeris, ce-  
spitosis, breviter dentatis. *Hall. helv.* n. 2201.

*Im Thiergarten, Jungfernheide* & alibi fre-  
quens. Autumno.

1184. *CLAVARIA muscoides* ramosa inaequalis corniculata, apicibus acutis.

*Clavaria muscoides* ramis ramosis acuminatis inaequalibus luteis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 622.*  
*Schaeffer fung. t. 173.*

Inter Muscos *in der Jungfernheide* passim.

1185. *CLAVARIA cornea* subdivisa minuta fuscescens.

*Clavaria cornea.* *Batsch fung. cont. 229. n. 161.*  
*t. 28. f. 161.*

In lignis putridis *in den Papenbergern* passim.  
Hyeme.

Minuta, 3 linearis, fuscescens apice bifido obtuso obscuriore. Interdum simplex etiamque trifida.

PUCCINIA. *Michel. gen. 213.*

*Corpus* cylindraceum feminibus caudatis radiatim positis, elastice exsiliantibus, fardum.

1186. *PUCCINIA simplex* corpore cylindrico simplicissimo obtuso.

*Puccinia non ramosa major pyramidata.* *Michel. gen. 213. tab. 92. f. 1.*

In arborum truncis praecipue *Pruni armeniaca*e rarius. Autumno.

STEMONITIS. *Gleditsch syst. n. 1219.*

*Fungus volva* discendente filis reticulatis factus, *seminaque* nuda elastice ejaculans.



1187. *STEMONITIS typhina* stipite nigro capitulo cylindrico fusco rubente. *Wiggers primit. 110. n. 1154.*

*Clathrus nudus* stipitatus, capitulo oblongo axi longitudinali adnato. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 615.*

*Clathroidastrum. Michel gen. 214. tab. 94.*

In arborum truncis putridis rarius. Autumno.

1188. *STEMONITIS fusca* stipite nigro, capitulo cylindrico fusco maturitate fisso.

*Clathrus pertusus. Batsch fung. cont. 263. t. 30. fig. 176.*

In truncis arborum putridis *in den Papenberg* & *Jungfernheide* haud infrequens. Autumno.

Capitulum semper fuscum multo minus & acutiusculum, aetate finditur.

1189. *STEMONITIS crocata* tota crocea stipitata capitulum cylindricum obtusum rudimento volvae circumdatum.

*Clathrus crocatus* capitulo cylindrico oblongo, cute fugaci, confecto e lana stipata, molli, elastica, pulvere fusco croceo referta; insistente caliculi circumscisso terminali stipitis validiusculi una cum calyculo, fulvo-crocei, nitidissimi & striati. *Batsch fung. cont. 265. n. 177. t. 30. fig. 177.*

In ligno putrido & inter muscos *in den Papenberg* passim.

Rudimento calyciformi a praecedentibus distincta.

1190. *STEMONITIS pyriformis* sessilis pyriformis  
volva difficile discedente tota fulva.

*Arcyria pyriformis* gregaria sessilis pyriformis  
flava. *Wiggers primit.* 110. n. 1153.

*Trichia gregaria* sessilis, pyriformis, flava, *Hall.*  
*hist.* n. 2168. t. 48. f. 7.

In truncis arborum putridis *in der Jungfern-*  
*heide* infrequens. Autumno.

Nostri fere duplo major, quam ista in opere *Cel.*  
*Halleri* depicta. Volva difficile discedit.

LYCOPERDON. *Lin. gen.* 1333.

*Fungus* feminibus filo instructis interne ex toto  
repletus.

\* *Solida, subterranea absque radice.*

1191. LYCOPERDON *cervinum* globosum solidi-  
usculum lacerum centro farinifero radice de-  
stitutum. *Lin. syst. ed. R.* 4. p. 623.

Ad radices arborum infra terram *in der Jung-*  
*fernheide* passim.

*Offic.* Tubera cervina.

Cortex glaber nec asper.

1192. LYCOPERDON *scabrum* subterraneum fus-  
cescens, scabrum subglobosum.

Infra terram *im Thiergarten beim Hofjaeger* pas-  
sim. Autumno, hyeme.

Oblongum vel subglobosum mox magnitudine  
Nucis Juglandis mox Pruni spinosae fructus,  
tusco-luteum, scabrum, per lentem squamis  
angulosis truncatis oblitum. Squamae figura

valde irregulares, & mutua pressione interdum planae, vel compressae, interdum tri-vel quadragonae, apex earum semper truncatus, in junioribus obtusus. Substantia interna nigra est, & e glebis oblongis ut in L. cervino composita; aetate deliquescere videtur. TAB. VII. fig. 19.

Radix *Clavariae parasiticae* n. 1179. certo non est, nam interdum absque Clavariis hunc fungum observavi, & cui bono substantia nigra glebosa, qua cum facta est, si radix esset? Quod adhuc magis, eum radicis partem non esse, refutat, est: quod Clavaria nunquam cum radiculis substantiam penetret; semper radiculae externam superficiem circumdant.

Differt a *Lycoperdone Tubere* squamis truncatis multo minoribus, saepius planis; quae in *Tubere* cristallis similes fere semper pentagonae & magis dissitae sunt.

\*\* *Pulverulenta, radicata supra terram.*

1193. LYCOPERDON *Bovista* subrotundum: lacero-dehiscens. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 623.*

α. maximum glabrum. *Schaeffer tab. 191.*

β. oblongum subscabrum minor. *Schaeffer fung. t. 186.*

γ. oblongum verrucosum. *Schaeffer fung. 189.*

δ. oblongum maculatum. *Schaeffer fung. 190.*

ε. elongatum stipitatum. *Schaeffer fung. 187.*

In pascuis, versuris, pratis ficcis, collibus, & ad  
marginem nemorum copiose. Autumno.

*Offic.* Crepitus lupi. Fungus chirurgorum.

1194. *LYCOPERDON muricatum* sessile pyriforme,  
superficie externa muricata, subrotundo ore.

*Lycoperdon muricatum* sessile globo-pyriforme,  
depressum, totum pyramidibus validis  
acutioribus polyedris subdistantibus muri-  
catum. *Batsch fung.* 145. n. 4. *Schaeffer*  
*fung.* t. 84.

In graminosis, versuris agrorum passim. Au-  
tumno.

1195. *LYCOPERDON gemmatum* stipitatum sub-  
globosum, aculeis acutis dense obsitum.

*Lycoperdon gemmatum* stipitatum subglobosum,  
utrinque subdepressum, pyramidibus validis  
distantibus muricatum; stipite subelongato,  
valido, incrassato, etiam muricato, disti-  
lineari. *Batsch. fung.* 147. n. 14. *Michel*  
*gen.* t. 97. f. 1.

In der Jungfernheide passim. Autumno.

1196. *LYCOPERDON pyriforme* stipitatum sub-  
globosum umbonatum glabrum, subrotun-  
do ore.

*Lycoperdon pyriforme* stipitatum, globosum, acu-  
minatum, scabrum, stipite incrassato con-  
fluente, acumine aptero dehiscens. *Batsch*  
*fung.* 147. n. 12. *Schaeffer fung.* t. 185.

In pascuis passim. Autumno.

1197. LYCOPERDON *pedunculatum* stipite longo, capitulo globofo glabro: ore cylindrico integerrimo. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 625.*

Prope *Spandau* & ante portam *Halensem* rarius. Autumno.

1198. LYCOPERDON *equinum* stipitatum stipite cylindrico, capitulo sphaerico pulverulento circumscisso.

In unguis equorum putridis frequens.

Album magnitudine tuberculi *Verrucariae Beomycis*. Stipes fere cylindricus. Capitulum exacte globosum pulvere albido rectum circumscissum. Semina fusca. TAB. VII. fig. 20.

\*\*\* *Stellata.*

1199. LYCOPERDON *stellatum* volva multifida capitulo subrotundo sessili ore integro,

*Lycoperdon stellatum* volva multifida patente, capitulo glabro: ore acuminato dentato. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 624. Michel gen. t. 100. fig. 4. 6.*

Im *Grunewald* & *Papenberg* rarius. Autumno.

1200. LYCOPERDON *Geaster* volva multifida, capitulo oblongo sessili acuminato, ore piloso. *Batsch fung. 151. n. 22. Michel gen. t. 100. fig. 1.*

In der *Jungfernheide* rarius. Autumno.

1201. LYCOPERDON *pedicellatum* volva multifida, capitulo oblongo acuminato pedicellato, ore fimbriato. *Batsch. fung.* 151. n. 25. *Michel gen.* t. 100. f. 2.

*In der Jungfernheide rarius. Autumnno.*

\*\*\*\* *Parasitica.*

1202. LYCOPERDON *Epidendrum* subglobosum purpurascens ore lacero, feminibus rubris.

*Lycoperdon Epidendrum* cortice farinaque purpurea. *Lin. syst. ed. R.* 4. p. 626.

*In der Jungfernheide versus Spandau in truncis arborum passim. Vere & autumnno.*

1203. LYCOPERDON *vesparium* gregarium cylindricum rufescens, ore integerrimo subrotundo; feminibus rufis.

*Lycoperdon vesparium* gregarium, cellis dense connatis, scariosis, membranaceis, croceofulvellis, semen bombycinum saturate croceum continentibus. *Batsch fung. cont.* 253. n. 172. t. 30. f. 72.

*In arborum truncis putridis in den Papenberg rarius. Autumnno.*

1204. LYCOPERDON *favogineum* gregarium, globulis subrotundis luteis, feminibus luteis.

*Lycoperdon favogineum* gregarium; globulis dense approximatis vesicularibus, semen bombacinum luteum recondentibus. *Batsch fung. cont.* 257. n. 173. t. 30. f. 173.

*In truncis putridis frequens. Autumnno.*

1205. LYCOPERDON *lumbricale* filiforme teres reticulatum luteum, feminibus luteis.

*Lycoperdon lumbricale* teres, ramosum & proserpens; constans tunica vesiculari pellucida, semen luteum bombacinum continente. *Batsch fung.* 259. n. 174. t. 30. f. 174.

In der Jungfernheide ad arborum cortices rarissime. Autumno.

CARPOBOLUS. *Michel. gen.* 221.

*Fungus volvatus* capsulam globosam ejaculans.

1206. CARPOBOLUS *albicans*.

*Lycoperdon Carpobolus* volva multifida, fructu globofo ex feminibus combinatis. *Lin. syst. ed. R.* 4. p. 624.

*Carpobolus. Michel gen.* 221. n. 1. *tab.* 101. *fig.* 1.

In lignis putridis im Thiergarten & Papenberg rarissime. Autumno.

NAEMASPORA.

*Fungus* oblongus semina filo instructa ore emittens.

1207. NAEMASPORA *glabra* oblonga fusca glabra.

*Sphaeria bombardata* gregaria; oblonga, nigro fusca, apice poro tenerrimo semen album exprimente. *Batsch fung. cont.* 271. n. 181. *tab.* 30. f. 181.

In betularum truncis putrescentibus im Thiergarten frequens. Vere.

Hujus generis est forte *Lichen colliculosus*. Hoffmanni lich. tab. 2. f. 2?

SPHAERIA Halleri.

*Fungus* sphaericus seminibus ecaudatis farctus, per poros in superficie sparsos saepius emittens.

1208. SPHAERIA *lycoperdoides* convexa nigra sparsa, medulla atra.

*Sphaeria lycoperdoides* composita convexa subfolitaria, medulla farinosa atra. Weigel observ. botan. 47. n. 10. t. 3. f. 2.

*Lycoperdon variolosum* parasiticum sessile subrotundatum, cortice exteriori fulvo deciduo; farina atra compacta. Lin. syst. ed. R. 4. p. 626. β. cortice fulvo.

In arborum emortuarum ramulis frequens. Hyeme.

1209. SPHAERIA *rubra* convexa rubra tota exasperata. Wiggers primit. 84. n. 935.

In ligno fagorum putrescente. Hyeme.  
Tota fusco-rubra exasperata.

1210. SPHAERIA *tremelloides* subglobosa purpurea glabra sparsa.

*Sphaeria tremelloides* composita solitaria subdunculata subglobosa purpurea subgelatinosa. Weigel observ. bot. 46. n. 8. tab. 3. f. 1.

*Tremella purpurea* subglobosa sessilis, solitaria glabra. Lin. syst. ed. R. 4. p. 564.



In ramulis arborum fruticumque emortuis copiose. Autumno. vere.

1211. SPHAERIA *olivacea* solitaria oblonga convexa olivacea pulverulenta, carne concolore.

In foliis Daturae stramoniae, caulibus plantarum, inque fructibus Daturae, Cucurbitae Peponis, lagenariae aliarumque plantarum frequens. Autumno.

Pulverulenta junior laetius virescit, aetate nigrescit, fit olivacea, pulvis interne contentus olivaceus. An *Sphaeria Brassicae Dicksoni*?

1212. SPHAERIA *confluens* oblonga fusca depressa confluens.

In ligno putrescente in der Jungfernheide & alibi haud infrequens. Hyeme.

Fusca oblonga pulverulenta depressa saepius in lineas longas confluens. TAB. VII. fig. 21.

1213. SPHAERIA *globularis* gregaria globosa atra.

*Sphaeria globularis* gregaria globata clausa nigra, nitoris expers, indurata. *Batsch fung. cont.* 271. n. 180. t. 30. f. 180.

In den Papenberggen passim. Autumno.

In ligno putrido.

1214. SPHAERIA *mammosa* solitaria mammiformis olivacea. *Dickson fascicul. crypt.* p. 22.

*Hall. hist. helv.* 2181.

Lichen Agaricus crustaceus, initio subhirsutus & oleae conditae coloris. per siccitatem glaber

niger, & veluti deustus, receptaculis florum  
mammiformibus elegantissimis. *Michel gen.*  
104. *ord.* II. t. 55. f. 1.

In ligno putrido *in den Papenberg* rarius,  
Hyeme.

Nostra tota nigra.

TREMELLA. *Lin. gen.* 1320.

*Corpus* gelatinosum partibus frutificaulibus in  
illo latentibus.

1215. TREMELLA *Agaricoides* stipitata nigra in-  
quinans, pileo subconvexo. *Retz. prod. fl.*  
*scand.* 2. p. 235. n. 1424.

*Peziza brunnea* interne atra absque nitore; exter-  
ne rugulosa, fuscobrunnea carnosissima polymor-  
pha. *Batsch fung.* 125. n. 26. t. II. f. 50.  
*Schaeffer fung.* t. 158.

*Peziza fessilis*, infundibuliformis, extus hirsuta  
umbrina, intus nigerrima. *Hall. helv.* n. 2219.  
t. 48. f. 8.

*Lycoperdon truncatum* parasiticum subrotundum  
truncatum. *Lin. syst. ed. R.* 4. p. 626. Ju-  
nior planta.

*Auf den Holzplaetzen* in ligno fagi putrido fre-  
quens, Autumno.

1216. TREMELLA *rufa* longitudinaliter dimidiato-  
infundibuliformis. *Murr. syst.* 14. p. 965.  
*Jacq. Misc.* v. 1. p. 143. t. 14.

In truncis putridis *in der Jungfernheide & Papenberggen* rarius. Autumno.

Tota rubescens vel rufescens. Nostra semper minor figura *Jacquini*.

1217. *TREMELLA Auricula* subrotunda concava plicata nigrescens.

*Peziza Auricula* concava rugosa auriformis, *Lin. syst. ed. R. 4. p. 619.*

Ad Sambuci nigrae truncos aliarumque fruticum passim. Vere & autumno.

*Offic.* Auricula Judae. Fungus sambuci.

1218. *TREMELLA Nostoc* sessilis subrotunda plicata undulata fusco virens, *Huds. angl. ed. 2. p. 564. n. 5.*

*Tremella Nostoc* plicata undulata. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 562.*

*Tremella terrestris* sinuosa pinguis & fugax. *Dill. musc. 52. t. 10. f. 14.*

Ad terram passim post pluvias. Autumnali tempore & vere.

1219. *TREMELLA arborea* sessilis subrotunda undulata nigrescens. *Huds. angl. ed. 2. p. 563.*

*Tremella sagarum* sessilis membranacea difformis venosa subfusca. *Retz. prod. fl. scand. n. 1422.*

*Tremella nigricans.* *Withering brit. 2. p. 732.*

*Tremella arborea nigricans*, minus pinguis & fugax. *Dill. musc. 54. t. 10. f. 15.*

In arborum ramulis dejectis inque asseribus sepi-  
busque putrescentibus. Autumno & vere.

1220. *TREMELLA mesenteriformis* fessilis subro-  
tunda plicato-rugosa flava.

*Tremella mesenteriformis* in plicas multiples in-  
torta. *Murr. Syst.* 14. p. 965. *Jacq. Miscel.*  
v. 1. p. 142. t. 13.

In arborum truncis putridis in den Papenberg  
rarius. Autumno.

1221. *TREMELLA crispa* terrestris tenera crispa.  
*Schreb. spicil.* 140. n. 1151. *Dill. musc.* 52.  
t. 10. f. 12.

*Tremella tenerrima.* *Withering brit.* 2. p. 732.

Ad terram sub quercubus magnis, inque locis  
suburbanis post pluvias.

1222. *TREMELLA viridis* oblonga laete viridis  
convexa.

*Tremella viridis* hemisphaerica viridis lubrica  
faxis adnata. *Retz. prod. fl. scand.* n. 1428.

In lacu ad Reineckendorf & alibi plantis insidens  
aquaticis. Aestate.

Simillima *Tremellae hemisphaericae* L. & *litho-  
philae nostrae* in den Schriften der Gesellsch.  
*Naturf. Freunde zu Berl. descripta.*

Ita inter se differunt: 1) *Tremella hemisphaerica*  
magis rotunda, e luteo virescens est, punctis-  
que adsperfa. 2) *Tremella lithophila* vero  
fusco viridis, magis plana, & per lentem viri-  
dis disco fusco semper observatur. 3) *Tre-*

*mella viridis* denique laete viridis absque punctis, per lentem absque disco fusco reperitur & nunquam tam regularis quam reliqui, interdum oblonga interdum vero subrotunda.

1223. *TREMELLA granulata* gelatinosa sphaerica aggregata viridis. *Huds. angl. ed. 2. p. 566.*

*Ulva granulata* sphaerica aggregata. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 586.*

*Ulva radicata* sphaerica aggregata; radicibus ramosis, viridis. *Retz prod. fl. scand. 2. n. 1492.*

In paludosis humidis prope *Spandau* ubi *Marsilea* natans reperitur. Junio.

1224. *TREMELLA moniliformis* globosa pallide viridis, in lineas disposita.

Post pluvias in hortis. Aestate.

Valde fugax sempex globosa in lineas reticulatim disposita.

1225. *TREMELLA stipitata* stipitata, tota rubra diaphana, corpore cylindraceo.

In arborum truncis putridis ad *Falkenhagen* rarius. Hyeme.

Figura externa *Tremonitidi typhinae* similis, sed tota gelatinosa diaphana rubra.

MUCOR. *Lin. gen. 1334.*

*Fungus filiformis capsulis globosis.*

\* *Perennis.*

1226. *MUCOR furfuraceus* perennis viridis, foliis furfuraceis, stipite filiformi capitulo globoso.  
*Lin. syst. ed. R. 4. p. 628.*

*Lichen capitatus. Schreb. spicil. 134. n. 1134.*

In truncis betulorum *im Thiergarten* frequens,  
ad terram inque quercuum truncis *in der Jungfernheide* passim.

\*\* *Fugaces.*

1227. *MUCOR Mucedo* stipitatus, capsula globosa.  
*Lin. syst. ed. R. 4. p. 628.*

In pane, aliisque esculentis.

1228. *MUCOR leprofus* fetaceus, seminibus radicalibus. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 628.*

In cellis locisque suffocatis. Autumno.

1229. *MUCOR glaucus* stipitatus, capitulo subrotundo aggregato. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 629.*

In fructibus variis copiosissime.

1230. *MUCOR crustaceus* stipitatus, spicis digitatis.  
*Lin. syst. ed. R. 4. p. 629.*

In esculentis variis etiamque fructibus.

1231. *MUCOR cespitosus* stipite ramoso, spicis ternatis. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 629.*

In variis putrescentibus.

1232. *MUCOR scepticus* unctuosus flavus. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 630.*

In fimetis, locis suburbanis, inque sylvis passim.

1233. MUCOR *Lycogala* capitulo aqueo, gelatinofo, pellucido, fugaci, globofo, fessili. *Scop. carn. ed. 1. p. 67. n. 6. ed. 2. n. 1645.*

In arboris trunco putrido semel observavi, Augusto.

1234. MUCOR *urceolatus* stipitatus fugax, stipite superne ventricoso pellucido rorido, capitulo subrotundo elastico nigro. *Dickson fascicul. crypt. pl. 25. t. 3. f. 6.*

In stercore equino in pratis nemorosis rarius. Aestate.

TANTUM.

---

## INDEX GENERUM.

### A.

Acer 435-437.  
 Achillea 842-843.  
 Acorus 387.  
 Acrostichum 877.  
 Adoxa 448.  
 Aegopodium 352.  
 Aesculus 419.  
 Aethusa 336.  
 Agaricus 1089-1130.  
 Agrimonia 510.  
 Agrostemma 503.  
 Agrostis 131-136.  
 Aira 142-149.  
 Ajuga 595-596.  
 Alchemilla 225-226.  
 Alisma 414-418.  
 Allium 369-374.  
 Alopecurus 129-130.  
 Alfine 357.  
 Althaea 694.  
 Alyssum 659-660.  
 Amaranthus 358-359.  
 Anagallis 256-257.  
 Anchusa 244.  
 Andromeda 462.  
 Anemone 573-578.  
 Anethum 344-345.  
 Angelica 327.  
 Anthemis 840-841.  
 Anthericum 379-380.  
 Anthoceros 1000-1001.  
 Anthoxanthum 63.  
 Anthyllis 730.  
 Antirrhinum 642-644.

Apium 350-351.  
 Aquilegia 568.  
 Arabis 664-665.  
 Arbutus 463.  
 Arctium 804.  
 Arenaria 483-487.  
 Aristolochia 386.  
 Artemisia 816-820.  
 Arundo 183-187.  
 Asarum 506.  
 Asclepias 291.  
 Asparagus 381.  
 Asperugo 249.  
 Asperula 206-208.  
 Asplenium 879-880.  
 Astragalus 743-744.  
 Athamanta 323-324.  
 Atriplex 300-303.  
 Avena 176-182.

### B.

Ballota 619-620.  
 Barbula 929-930.  
 Bellis 834.  
 Berberis 399.  
 Beta 313.  
 Betonica 615.  
 Betula 229-230.  
 Bidens 806-808.  
 Boletus 1131-1145.  
 Borago 248.  
 Brassica 668-670.  
 Briza 158.  
 Bromus 167-175.  
 Bryonia 863-864.



Bryum 962.964.  
 Butomus 454.  
 Buxbaumia 978-979.  
 Byssus 1075-1082.

## C.

Calendula 851-852.  
 Calla 566.  
 Callitriche 3-4.  
 Caltha 594.  
 Campanula 274-280.  
 Cannabis 298.  
 Cardamine 681-682.  
 Carduus 793-796.  
 Carex 85-115.  
 Carlina 805.  
 Carpinus 511.  
 Carpobolus 1206.  
 Carum 346.  
 Caulis 316-317.  
 Centaurea 844-847.  
 Centunculus 219.  
 Ceraftium 491-495.  
 Ceratophyllum 564-565.  
 Chaerophyllum 341.  
 Chaiturus 622.  
 Chara 2.  
 Cheiranthus 662-663.  
 Chelidonium 555.  
 Chenopodium 304-312.  
 Chondrilla 770.  
 Chrysanthemum 835-837.  
 Chrysofplenium 464.  
 Cichorium 787-788.  
 Cicuta 335.  
 Cineraria 828.  
 Circaea 25.  
 Cistus 561.  
 Cladonia 1041-1051.  
 Clavaria 1176-1185.  
 Cl... ..

Cnicus 797-801.  
 Comarum 554.  
 Conferva 1083-1088.  
 Conium 320.  
 Convallaria 382-385.  
 Convolvulus 262-263.  
 Coriandrum 337.  
 Cornus 222-223.  
 Coronilla 713.  
 Corylus 434.  
 Crataegus 527.  
 Crepis 783-784.  
 Cucubalus 476-478.  
 Cuscuta 231.  
 Cyathus 1159-1161.  
 Cynoglossum 245.  
 Cynofurus 159.  
 Cyperus 83. 84.

## D.

Dactylis 160.  
 Datura 267.  
 Daucus 318-319.  
 Delphinium 567.  
 Dianthus 472-475.  
 Dicranum 923-926.  
 Digitalis 648.  
 Dipfacus 202.  
 Draba 652.  
 Drosera 366-367.

## E.

Echium 252.  
 Elymus 191.  
 Epilobium 421-425.  
 Equisetum 865-869.  
 Erica 429 430.  
 Erigeron 825-826.  
 Eriophorum 80-81.  
 Ervum 721-723.  
 Erufimum 661.

Eupatorium 809.  
Euphorbia 514-520.  
Euphrasia 634-635.  
Evonymus 283.

## F.

Fagus 512.  
Festuca 161-166.  
Filago 853-855.  
Fissidens 919-922.  
Fontinalis 980.  
Fragaria 542.  
Fraxinus 22.  
Fumaria 704-705.

## G.

Galeopsis 610-612.  
Galum 209-214.  
Genista 708-710.  
Gentiana 292-294.  
Geranium 686-693.  
Geum 552-553.  
Glecoma 606.  
Gnaphalium 811-815.  
Gratiola 59.  
Grimmia 904-906.  
Gymnostomum. 896-899.  
Gypsophila 469.

## H.

Hedera 288.  
Hedysarum 724.  
Helvella 1157-1158.  
Heracleum 326.  
Herniaria 297.  
Hieracium 776-782.  
Hippuris 1.  
Holcus 139-141.  
Holoſteum 201.  
Hordeum 193-196.  
Hottonia 255.

Humulus 299.  
Hydnum 1146-1151.  
Hydrocharis 453.  
Hydrocotyle 315.  
Hyoscyamus 268.  
Hyoseris 785.  
Hypericum 755-759.  
Hypnum 945-961.  
Hypochaeris 789-791.  
Hyssopus 600.

## I.

Jasione 856.  
Iberis 658.  
Ilex 232.  
Illecebrum 289.  
Inula 829 833.  
Iris 68. 69.  
Juncus 358-368.  
Jungermannia 984-995.  
Juniperus 683-684.

## K.

Koehltreutera 975.

## L.

Lactuca 768-769.  
Lamium 607-609.  
Lapsana 786.  
Laserpitium 325.  
Lathraea 639.  
Lathyrus 718-720.  
Lavandula 602.  
Ledum 456.  
Leerſia 901-903.  
Lemna 5-8.  
Leontodon 773-775.  
Leonurus 623.  
Lepidium 653-655.  
Lepra 1067-1074.  
Leskia 011 011

Lichen 1004-1040.  
 Ligustrum 23.  
 Lilium 375.  
 Limosella 649.  
 Linum 363-365.  
 Lithospermum 243.  
 Lolium 188-190.  
 Lychnis 504-505.  
 Lycoperdon 1191-1205.  
 Lycopodium 870 873.  
 Lycopsis 250-251.  
 Lycopus 61.  
 Lyfimachia 258-260.  
 Lythrum 508-509.

*M.*

Malva 695 698.  
 Marchantia 996.  
 Marrubium 621.  
 Marfilea 890.  
 Matricaria 838. 839.  
 Medicago 726-729.  
 Meesia 981-983.  
 Melampyrum 636-638.  
 Mentha 603-605.  
 Menyanthes 254.  
 Mercurialis 451-452.  
 Mespilus 529.  
 Miliun 137.  
 Mnium 965-973.  
 Monotropa 455.  
 Montia 200.  
 Mucor 1226-1234.  
 Myagrurn 650-651.  
 Myofotis 240-242.  
 Myofurus 368.  
 Myriophyllum 446-447.

*N.*

Naemaspora 1207.

Neckeria 931-940.  
 Nepeta 601.  
 Nigella 569-570.  
 Nymphaea 562-563.

*O.*

Oenanthe 333.  
 Oenothera 420.  
 Ononis 714-715.  
 Onopordon 792.  
 Ophioglossum 874.  
 Ophris 49-52.  
 Orchis 42-47.  
 Origanum 625-626.  
 Ornithogalum 376-378.  
 Ornithopus 742.  
 Orobus 731-733.  
 Osmunda 875-876.  
 Oxalis 501-502.

*P.*

Panicum 121-126.  
 Papaver 556-559.  
 Paris 449.  
 Parnassia 361.  
 Pastinaca 343.  
 Pedicularis 640. 641.  
 Peltigera 1002. 1003.  
 Peplis 400.  
 Peziza 1163-1175.  
 Phalaris 119. 120.  
 Phallus 1155. 1156.  
 Phascum 891-894.  
 Phaseolus 711. 712.  
 Phellandrium 334.  
 Phleum 127. 128.  
 Phyteuma 273.  
 Pimpinella 347-349.  
 Pinguicula 56.  
 Pinus 699-702.  
 Pisum 716 717

- Plantago 215-219.  
 Poa 150-157.  
 Pollichia 613. 614.  
 Polycnemum 70.  
 Polygala 706.  
 Polygonum 438-445.  
 Polypodium 882-889.  
 Polytrichum 910-915.  
 Populus 431-433.  
 Poronia 1162.  
 Portulaca 507.  
 Potamogeton 233-238.  
 Potentilla 542-549.  
 Prenanthes 771.  
 Primula 253.  
 Prunella 631. 632.  
 Prunus 522-526.  
 Pteris 878.  
 Puccinia 1186.  
 Pulmonaria 246.  
 Pyrola 457-461.  
 Pyrus 530. 531.
- Q.
- Quercus 450.
- R.
- Ranunculus 581-592.  
 Raphanus 671. 672.  
 Reseda 513.  
 Rhamnus 281. 282.  
 Rhinanthus 633.  
 Ribes 285-287.  
 Riccia 997-999.  
 Rosa 535-537.  
 Rubus 538-541.  
 Rumex 401-410.
- S.
- Sagina 239.  
 Sagittaria 572.  
 Salix 9-21.  
 Salsola 314.  
 Salvia 62.  
 Sambucus 354. 355.  
 Sanguisorba 220.  
 Saponaria 470-471.  
 Satureja 599.  
 Satyrium 48.  
 Saxifraga 465-466.  
 Scabiosa 203-205.  
 Scandix 338-340.  
 Scheuchzeria 411.  
 Schoenus 82.  
 Scirpus 71. 77.  
 Scleranthus 467-468.  
 Scorzonera 762. 763.  
 Scrophularia 645-647.  
 Scutellaria 630.  
 Secale 192.  
 Sedum 496-500.  
 Selinum 321. 322.  
 Sempervivum 521.  
 Senecio 819-824.  
 Serapias 53-55.  
 Serratula 802. 803.  
 Sefeli 342.  
 Silene 479.  
 Sinapis 673.  
 Sifymbrium 674-680.  
 Sium 328-332.  
 Solanum 269-271.  
 Solidago 827.  
 Sonchus 764-767.  
 Sorbus 528.  
 Sparganium 116-117.  
 Spartium 707.  
 Spergula 488-490.  
 Sphaeria 1208-1214.  
 Sphagnum 895.  
 Spinacia 360.  
 Spiraea 532-534.

Stachys 616-618.  
 Statice 362.  
 Stellaria 480-482.  
 Stemonitis 1187-1190.  
 Stipa 138.  
 Stratiotes 571.  
 Symphytum 247.  
 Syringa 24.

## T.

Tanacetum 810.  
 Taraxacum 772.  
 Taxus 703.  
 Tetraphis 900.  
 Teucrium 597-598.  
 Thaelaephora 1152-1154.  
 Thalictrum 579-580.  
 Thesium 290.  
 Thlaspi 656-657.  
 Thymus 627-629.  
 Tilia 560.  
 Tormentilla 550-551.  
 Tortula 927-928.  
 Tragopogon 760-761.  
 Trapa 221.  
 Tremella 1215-1225.  
 Trichostomum 916-918.  
 Trifolium 745-754.  
 Triglochin 412-413.  
 Triticum 197-199.

Trollius 593.  
 Turritis 666-667.  
 Tussilago 848-850.  
 Typha 78-79.

## U.

Ulmus 295-296.  
 Urtica 227-228.  
 Utricularia 57-58.

## V.

Vaccinium 426-428.  
 Valeriana 64-67.  
 Verbascum 264-266.  
 Verbena 60.  
 Veronica 26-41.  
 Verrucaria 1053-1067.  
 Viburnum 353.  
 Vicia 734-741.  
 Vinca 261.  
 Viola 857-862.  
 Viscum 224.  
 Vitis 284.

## W.

Webera 975-977.  
 Weissia 907-909.

## X.

Xanthium 685.

*I N D E X*  
 SYNONYMORUM, NOMIMUM TRI-  
 VALIUM & OFFICINALIUM.

*A.*

- Abies 701. 702.  
 Absynthium 818.  
 Acacia 526.  
 Acanthium 792.  
 Acanthoides 794.  
 Acetosa 409. 410.  
 Acetosella 410. 501.  
 Achyrophorus 789.  
 Acinos 629.  
 Acorus 68.  
 Adianthoides 921.  
 Adiantum 879. 880. 911.  
 Agaricoides 1215.  
 Agaricum 1094. 1095.  
 Agrostis 186. 187.  
 Alcea 698.  
 Alliaria 678.  
 Alnus 230.  
 Aloides 571. 915.  
 Amarella 293.  
 Anagallis 31.  
 Androsaceus 1128.  
 Anfarina 543.  
 Anthriscus 316. 317.  
 Antipyretica 980.  
 Aparine 214.  
 Aphanes 226.  
 Apium 346.  
 Arabis 667.  
 Arcyria 1190.  
 Argemone 556.  
 Aristolochia 704.  
 Armeria 362.  
 Arnica 830. 833.  
 Asphodelus 375.  
 Asplenoides 984.  
 Aster 830. 831.  
 Atriplex 306.  
 Auricomus 584.  
 Auricula 776-1217.  
 Auriscalpium 1148.  
 Avellana 434.  
 Avena 147-149.

*B.*

- Barba caprina 534.  
 — hirci 760.  
 Bardana 804.  
 Batrachosperma 1088.  
 Beccabunga 30.  
 Bedeguar 536.  
 Behen 476.  
 Bellis 836.  
 Beomyces 1052.

## 430 INDEX SYNONYMORUM &amp;c.

- Betulus 511.  
 Bifolium 51.  
 Bistorta 438.  
 Blitum 358.  
 Boeothryon 72.  
 Bonus Henericus 304.  
 Botryoides 1073.  
 Botrytes 1051.  
 Bovista 1193.  
 Branca urfina 326.  
 Britannica 402.  
 Bromus 160. 161.  
 Brunella 631.  
 Bryoides 919.  
 Bryum 891. 893. 896. 898.  
     901-908. 915-917. 923-  
     930. 965-975. 977. 979.  
     982. 983.  
 Buglossum 244. 1142.  
 Bursa pastoris 655.  
 Byssus 1067-1070. 1073.

## C.

- Calamagrostis 185-187.  
 Calamus 387.  
 Calcatrippa 567.  
 Callibryon 915.  
 Caprea 19.  
 Cardiaca 623.  
 Carduus 798-800. 803.  
 Carota 318.  
 Carvi 346.  
 Carvi folia 322.  
 Caryophyllata 552.  
 Cataria 601.  
 Catharinaea 915.  
 Centaurium 294.  
 Centumnodia 442.  
 Cepa 373.  
 Cerefolium 339. 341.  
 Cervaria 323.  
 Chaerophyllum 340.  
 Chamaedrys 35.  
 Chamaeleo 1096.  
 Chamaemelum 840. 841.  
 Chamaenerion 424.  
 Chamomilla 839. 841.  
 Chantarella 118.  
 Chara 1088.  
 Cheiranthoides 661.  
 Chelidonium 583.  
 Chloranthus 477.  
 Chondrilla 771.  
 Cicuta 320.  
 Cicutaria 341.  
 Cicutarium 686.  
 Cincinalis 878.  
 Clathroidastrum 1187.  
 Clathrus 1187-1189.  
 Clavaria 1151.  
 Clematitis 386.  
 Coccinella 468.  
 Columbaria 205.  
 Consolida major 247.  
 — — media 595.  
 — — minor 631.  
 — — regalis 567.  
 — — ferracenea 827.  
 Convolvulus 444.  
 Conyza 826.  
 Coralloides 1041-1043.  
     1045. 1047-1050. 1151.  
     1183.  
 Coreopsis 808.  
 Cornucopioides 1163.  
 Costa 791.  
 Cotula 841.  
 Cracca 735.  
 Crepis 775.  
 Cranitius lupi 1102.

Crista galli 633.  
 Crus galli 124.  
 Cyanus 844-846.  
 Cyathoides 1160. 1161.  
 Cynanchica 208.  
 Cynapium 336.  
 Cynosbati 536.  
 Cypariffias 519.  
 Cyperoides 101. 104.

D.

Damaſonium 415.  
 Dendroides 932-972.  
 Dens leonis 772.  
 Dentaria 639.  
 Digitalia 125.  
 Diphyſcium 970.  
 Dryopteris 889.  
 Dulcamara 269.

E.

Ebulus 355.  
 Echinus 1149. 1150.  
 Elſnitium 321.  
 Elvela 1158.  
 Elveloides 1055.  
 Endivia 788.  
 Epidendrum 1202.  
 Eryſimoides 662.  
 Eryſimum 677. 678.  
 Eſula 518. 519.  
 Eupatoria 570.

F.

Faba 741.  
 Fabaria 496.  
 Fagopyrum 443.  
 Falcaria 332.

Farfara 848.  
 Feſtuca 169.  
 Ficaria 583.  
 Filago 812. 814. 815.  
 Filipendula 533.  
 Filix femina 885. 887.  
 — mas 886.  
 Flammula 581.  
 Flos aquae 1075.  
 — cuculi 504.  
 Foeniculum 334. 345.  
 Fragaria 554.  
 Frangula 282.  
 Fungus 1104. 1139. 1193.  
 1217.

G.

Galeobdolon 613.  
 Galeopſis 608-613.  
 Geaſter 1200.  
 Geniſta 707.  
 Gentianella 293.  
 Georgia 900.  
 Githago 503.  
 Glycyphyllus 743.  
 Gramen arvenſe 156.  
 — — cyperoides 104.  
 — — junceum 391.  
 — — loliaceum 188.  
 — — majus 86.  
 — — minus 199.  
 — — nemoroſum 395.  
 — — paniceum 124.  
 — — paniculatnm 142.  
 Gratia Dei 59.  
 Groſſularia 287.

H.

Hedera 606.  
 Hedypnois 772.



## 432 INDEX SYNONYMORUM &amp;c.

- Heleocharis 868.  
 Helianthemum 561.  
 Helioscopia 517.  
 Helix 14. 288.  
 Helvella 1153. 1154.  
 Hepatica 206. 572.  
 Heracantha 805.  
 Herba cathartica 264.  
 ——— ignis 1041.  
 Hippocastanum 419.  
 Holcus 176.  
 Holoosteia 488.  
 Hordeum 191.  
 Horminum 62.  
 Hydrolapathum 404.  
 Hydropiper 440.  
 Hypnoides 916.  
 Hypnum 895. 919 - 922.  
 924. 931 - 943. 980.  
 Hypopithys 455.  
 Hypoxylon 1182.  
 Hyssopifolia 509.
- I.
- Jacea 847.  
 Jacobaea 823.  
 Iberis 654.  
 Icmadophila 1054.  
 Intybus 787.  
 Isoetes 395.  
 Juncus 80.  
 Jungermannia 962.
- K.
- Kali 314.
- L.
- Ladanum 610.  
 Lamium 613. 614.  
 Lamprana 672.  
 Lappa 804.  
 Lappula 242.  
 Lapfana 785.  
 Larix 700.  
 Lathyrus 515.  
 Lens 721.  
 Leontodon 772.  
 Leonuroides 622.  
 Leonurus 622.  
 Leucanthemum 835.  
 Lichen 996 - 998. 1002.  
 1003. 1041 - 1065. 1067 -  
 1074. 1226.  
 Lichenastrum 984. 985.  
 992 - 999.  
 Lichenoides 1019. 1022.  
 1023. 1026.  
 Ligusticum 352.  
 Lilac 24.  
 Liliago 380.  
 Lilium convallium 382.  
 Linagroftis 81.  
 Linaria 643.  
 Lingua 22. 582.  
 Linophyllum 290.  
 Lolium 503.  
 Lonchophyllum 54.  
 Lunaria 875.  
 Lupulus 299.  
 Luteola 513.  
 Lychnis 471.  
 Lychnitis 265.  
 Lycogala 1233.  
 Lycoperdoides 1208.  
 Lycoperdon 1206. 1208.  
 1215.  
 Lyfimachia 508.

M.

Majanthemum 385.  
 Majorana 626.  
 Malus 531.  
 Mappa 1102.  
 Marrubiastrum 622.  
 Martagon 375.  
 Matricaria 835.  
 Matrifylva 206.  
 Medulla panis 1141.  
 Melica 142. 143.  
 Melilotus 745.  
 Millefolium 843.  
 Millegana 297.  
 Mitella 1096.  
 Mitra 1157.  
 Mnemosynum 900.  
 Mnium 900. 902. 913.  
 914. 923. 964. 974. 976.  
 981. 983.  
 Morio 43.  
 Morsus Dioboli 203.  
 — ranac 453.  
 Moschatellina 448.  
 Mucedo 1228.  
 Muscoides 1184.  
 Muscus 1003. 1041.  
 Myrtillus 426.

N.

Napus 668.  
 Nasturtium 464. 654. 655.  
 674.  
 Nemolapathum 404.  
 Nidus avis 49.  
 Noctoe 1218.  
 Nummularia 260.  
 Nux aquatica 221.

O.

Odontites 635.  
 Oelsnitium 321.  
 Onobrychis 724.  
 Ophioglossoides 1177.  
 Opulus 353.  
 Orchis 48.  
 Oreopteris 883.  
 Oreoselinum 324.  
 Ornithopodium 742.  
 Orontium 644.  
 Osmunda 877.  
 Otites 478.  
 Oxyacantha 527.  
 Oxycoccus 428.

P.

Padus 522.  
 Palmata 46.  
 Paralysis 253.  
 Paronychia 289.  
 Pecten veneris 338.  
 Pentaphyllum 549.  
 Peplus 514.  
 Persicaria 441.  
 Pervinca 261.  
 Pes anserinus 307.  
 — cati 813.  
 — columbae 691.  
 Petasitis 849. 850.  
 Petroselinum 350.  
 Peziza 1159-1162. 1215.  
 1217.  
 Phallus 1170.  
 Phegopteris 882.  
 Phragmitis 183.  
 Picea 701. 702.  
 Picris 773.  
 Pilosella 776.

434 INDEX SYNONYMORUM &c.

- Pimpinella 220.  
 Pinheaded 395.  
 Plantago 414.  
 Platanoides 436.  
 Pneumonanthe 292.  
 Poa 144.  
 Podagraria 352.  
 Polygonatum 383.  
 Polygonum 468.  
 Polyodon 904.  
 Polytrichoides 913. 914.  
 Polytrichum 905. 906.  
 Porrum 369.  
 Portula 400.  
 Pseudacorus 68.  
 Pseudocyperus 105.  
 Pseudoplatanus 435.  
 Pfyllum 218.  
 Ptarmica 842.  
 Pulmonaria arborea 1032.  
 — — gallica 779.  
 Pulsatilla 575. 576.
- Q.
- Quinquefolium 549.
- R.
- Radiola 365.  
 Ranunculoides 418. 578.  
 Rapa 669.  
 Raphanistrum 672.  
 Rapistrum 672.  
 Rapunculoides 278.  
 Rapunculus 273. 276.  
 Rhaponticum 408.  
 Rhizophora 1170.  
 Rhoëas 557.  
 Robur 450.
- Rosmarinus 456.  
 Ros folis 366.  
 Ruta muraria 880.  
 Rutabulum 958.
- S.
- Sabina 683.  
 Sagitta 572.  
 Salep 44.  
 Salicaria 508.  
 Salvinia 890.  
 Salvinoïdes 890.  
 Satiyrium 42.  
 Saxifraga 347. 348. 533.  
 Scabiosa 846.  
 Scandix 317.  
 Scapigerus 663.  
 Scariola 769.  
 Schoenolagurus 80.  
 Schoenoprasum 374.  
 Schoenus 74.  
 Scoparium 707.  
 Scordium 598.  
 Scorodonia 597.  
 Sedum 521.  
 Semen canariense 119.  
 Serpens 935.  
 Serpillum 627.  
 Sefamum 650.  
 Sefeli 346. 352.  
 Sideritis 618.  
 Sigillum Salomonis 383.  
 Sifarum 331.  
 Sifymbrium 665.  
 Sium 352.  
 Sophia 680.  
 Sphaeria 1207.  
 Sphagnum 894. 904. 979.  
 Sphondylium 326.  
 Spica 600.

Spicant 877.  
 Spicaventi 131.  
 Spina cervina 280.  
 Squamaria 639.  
 Stoechas 811.  
 Stramonium 267.  
 Strumarium 685.  
 Struthiopteris 877.  
 Subularia 395.  
 Succisa 203.

T.

Tamarisci 990.  
 Tenageia 392.  
 Tetrahit 611. 612.  
 Tetralix 429.  
 Teucrium 33.  
 Thaliana 664.  
 Thapsus 264.  
 Thelypteris 884.  
 Therebinthina 700.  
 Thlaspi 655.  
 Tithymalus 514. 519. 520.  
 Tordylium 316.  
 Trachelium 279.  
 Tremella 1210.  
 Tremelloides 1210.

Trichia 1190.  
 Trichomanis 964.  
 Trichomanoides 879. 941.  
 Trifolium 254.  
 Trinitatis flos 861.  
 Tubera cervina 1191.

U.

Ulmaria 534.  
 Ulva 1223.  
 Urtica 608.  
 Usnea 1034-1037.  
 Uva ursi 463.

V.

Vincetoxicum 291.  
 Virgaurea 827.  
 Viscaria 505.  
 Vitis Idaea 427.  
 Vulneraria 730.  
 Vulvaria 311.

W.

Webera 979.  
 Weissia 905.

## EXPLICATIO TABULARUM.

TABULA I.	Figura I.	<i>Carex pilulifera.</i>	n. 100.
—	—	2.	<i>aspera.</i> n. 102.
—	—	3.	<i>splendida.</i> n. 103.
—	—	4.	<i>elegans.</i> n. 104.
—	II.	5.	<i>caespitosa.</i> n. 107.
—	—	6.	<i>mutabilis.</i> α. n. 109.
—	III.	7.	<i>mutabilis.</i> β. n. 109.
—	IV.	8.	<i>Juncus Sprengeli.</i> n. 364.
—	V.	9.	<i>Cucubalus chloranthus.</i> n. 477. a. panicula deflorata.
—	—	10.	<i>Cheiranthus scapigerus.</i> n. 663.
—	VI.	11.	<i>Cnicus dubius.</i> n. 801. a. folium radicale.
—	—	12.	<i>Leskia marchica.</i> n. 944. a. folium magnitudine auctum. b. Perichaetium auctum. c. Theca lente aucta.
—	VII.	13.	<i>Lichen quercinus.</i> n. 1018.
—	—	14.	<i>Verrucaria typographica.</i> n. 1066.
—	—	15.	<i>Thaetaephora mesenteriformis.</i> n. 1152.
—	—	16.	<i>Peziza lacera.</i> n. 1166.
—	—	17.	<i>Clavaria parasitica.</i> n. 1178.
—	—	18.	— — <i>granulata.</i> n. 1179.
—	—	19.	<i>Lycoperdon scabrum.</i> n. 1192.
—	—	20.	— — <i>equinum.</i> n. 1198.
—	—	21.	<i>Sphaeria confluens.</i> n. 1212.

## ADDENDA.

1235. *CHARA tomentosa* aculeis caulinis ovatis,

*Lin. syst. ed. R. 4. p. 89.*

In fossis in der Jungfernheide prope Spandau rarissima. Aestate.

Caulis albido-tomentosus.

1236. *CAREX crassa* spicis masculis pluribus, femineis brevissime pedunculatis cylindricis, capsulis ventricosis striatis acuminatis.

*Carex crassa. Ehrhardt. gram. Dec. VI. n. 59.*

In der Jungfernheide passim. Majo.

Culmus triquetrus, striatus, bipedalis & ultra, foliosus. Bracteae inferiores culmo longiores. Spicae masculae quatuor, inferiores subpedunculatae oblongae; squamis fuscis oblongis acuminatis. Spicae feminae quatuor, brevissime pedunculatae, cylindratae. Squamae oblongae acutae virides, fusco marginatae, capsulis paulo majores. Capsulae triquetrae ventricosae striatae. Stigma trifidum.

1237. *ROSA mollissima* germinibus subglobosis glabris, pedunculis hispidis, caule, petiolisque aculeatis, foliis tomentosis.

Prope Spandau passim. Junio.

Caulis fruticosus altitudine Rosae villosae, glaber teres striatus, aculeatus: aculeis alternis oppositisque. Folia bijuga, cum impari pin-

nata; foliola oblonga ferrata, pilis densissimis albicantibus tecta. Petioli aculeati. Pedunculi uniflori terminales hispidi solitarii. Germen glabrum subglobosum. Calyx hispidus. Corolla incarnata. Simillima *Rosae villosae* differt vero germinibus glabris. Anne varietas?

n. 684. adde.

*Im Thiergarten rarius, prope Coepnick frequens.*  
Martio. Aprili.

n. 739. adde sequentem observationem:

Nostra planta etiam cirrhos possidet, licet minutissimi sint.

1238. *AGARICUS betulinus* acaulis coriaceus villosus: margine obtuso, lamellis ramosis anastomofantibus. *Lin. syst. ed. R. 4. p. 607.*

*Im Thiergarten & alibi in arborum truncis persistens.*

1239. *BOLETUS cinnabarinus* acaulis pulvinatus, totus intus & foris ruber. *Murr. syst. ed. 14. p. 477. n. 6. Jacq. austr. t. 304.*

*In emortuarum arborum truncis hinter Spandau rarius. Hyeme.*

Totus ruber coriaceus, sessilis, pileo oblongo adglutinato glabro. Pori oblongi irregulares.

1240. *BOLETUS subsquamosus* stipitatus pileo dimidiato, ochraceo: squamis fuscis subreflexis, poris inaequalibus.

*Boletus subsquamosus* deformis, lateralis, dilatatus carneo suberosus semipetiolatus ochra-

ceus, tergo glabro subunctuoso, fuscescente, maculis obscuris saepe revolutis, squamoso; tubis latis, brevibus, margine acutis, pallidioribus. *Batsch fung.* 1. p. 97. n. 3, t. 10. f. 41. *Schaeff. fung.* t. 101, 102.

*In den Papenbergen* haud infrequens. Autumno.

1241. *BOLETUS rugosus stipitatus* perennis, pileo dimidiato rubro, croceo marginato nitido, poris tenuissimis flavescens.

*Boletus rugosus stipitatus* perennis, pileo dimidiato. *Jacq. aust.* t. 169. *Murr. syst. ed.* 14. p. 977. Prope *Stolpe* rarissime. Persistens.

1242. *HYDNUM zonatum stipitatum* pileo plano fusco, striis obscurioribus concentricis, aculeis albido-griseis.

*Hydnum zonatum* pileo conico-excavato, coriaceo, spadiceo vel nigro, fasciato; stipite brevi, valido in pileum diffuso, concolore, aculeis griseo-albis. *Batsch fung.* 1. p. 111. n. 1. *Schaeffer fung.* 139. 272.

Prope *Doebritz* rarius. Autumno.

1243. *CLAVARIA pistillaris* clavaeformis simplicissima lutea. *Lin. syst. ed. R.* 4. p. 620.

*In der Jungfernheide* rarius. Autumno.

Distinctissima a *Clavaria lignea*.



Sphalmata typographica.

Pag. i. lin. 6. stigmati. p. 9. l. 18. Gesundbrunnen.  
p. 13. l. 26. Ophrys Nidus avis. p. 31. l. 20. dimidii.  
p. 33. l. 5. masculam. p. 39. l. 6. femineis. p. 66. l. ult.  
Hepaticae. p. 74. l. 10. americanam. p. 75. l. 16. desi-  
nentibus. p. 78. l. 3. aculeis. p. 78. l. 26. officinale.  
p. 79. l. 1. nemorosus. p. 85. l. 8. copiose. p. 94. l. 9.  
inaperto. p. 95. l. 5. cultura. p. 101. l. ult. planum.  
p. 132. l. 13. uncialia. p. 144. l. ult. specimina. p. 135.  
l. 7. fauci. p. 153. l. 4. Lychnis. p. 175. l. 13. fruticosus.  
p. 181. l. 17. Papaveris. p. 184. l. ult. Nymphaeae.  
p. 183. l. 9. palustris. p. 188. l. 13. unguis. p. 189. l. 16.  
apices unguium. p. 190. l. 4. pratis. p. 215. l. 22. tha-  
liana. p. 220. l. 5. Erysimum. p. 230. l. 24. germini.  
p. 233. l. 5. tamen. p. 252. l. 24. subtus. p. 260. l. 4.  
erectis. p. 272. l. 13. dysenterica. p. 290. l. 21. sparsae.  
p. 292. l. 26. dissertatione. p. 294. l. 26. pinnulis. p. 299.  
l. 5. dele:.. p. 304. l. antepenult. simpliciusculo. p. 304.  
l. ult. 124. p. 328. l. 23 & 24. opercula semper conica  
acuta. p. 335. frequens. p. 341. l. 14. bidentatis. p. 345.  
l. 12. transit. p. 349. l. 6. urceolatis. ibid. l. 28. andro-  
gynus. p. 355. l. 11. misc. p. 358. l. 22. icone. p. 368.  
l. 3. fuscus. p. 376. l. 21. conjunctae. p. 377. l. 14. dele  
cant. p. 382. l. 9. albis. p. 386. l. 20. violaceo. p. 391.  
l. 14. rufus. p. 393. n. 1141. dele synonyma.

S. B. X. 267 2



Fig. 1

Fig. 2

Fig. 3

Fig. 4

TAB. II.



Fig. 5.

Fig. 6.

Beyel fecit

TAB. III.



Beyel pinx.

Happe sculps.

TAB. IV



Fig 8.

Beyel fecit

Happe Sculps.



Fig. 9.

Fig. 10.

Beyel fecit

Happe sculps.

Fig. 12



Fig. 11

J. J. Beyel delin.




Fig. 21.



Fig. 13.



Fig. 20.




Fig. 15.




Fig. 18.

Fig. 14.



Fig. 17.




Fig. 19.



Fig. 16.




Fig. 19.